



M^r. d'Hélyot





CONCORDATA
INTER
LEONEM X.
SUMMUM PONTIFICEM;
ET FRANCISCUM I.
GALLIARUM REGEM.
CUM
PRAGMATICA SANCTIONE,
ET
HORUM HISTORIA.



TOLOSÆ;

Apud. Viduam J. J. BONDE, in vico.
Portæ - Arietis.

M. DCCIII,

COLOGNE
INTER
EONEMX
SUMMA DONTICIA
ETANCISCI
GALBANUM RECVR
CUM
PLATYCANTION
TE
HOMMIE



J. F. BEAUMAIS

LIBRARY VILLAGE J. F. BEAUMAIS IN ALICE

ALICE - ALICE

W. DCCLXII

AD BENEVOLOS
GALICÆ SCHOLÆ TOLOSANÆ
AUDITORES.

CUM aliquibus ab hinc-annis in Schola Juris Gallici pro injuncto à Rege mihi muneris officio publicè exponerem Paæta Conventa inter Leonem X. Summum Pontificem, & Franciscum I. Illustrissimum Galliarum Regem, quæ Concordata vocant ; quia per ea fervidiores animi motus & actiora forsitan certamina quæ diutiùs Sacerdotium & Imperium turbaverant quievere, circumstrepere coeperunt frequentes discipuli admodum quæribundi quòd usus Pontificiæ Regiæque simul de rebus Ecclesiasticis legis litteram in promptu non haberent , cum nullib[us] fere reperiatur , quam apud Antonium Fontanon , quasi in profundo

demersa , aut apud Rebuffum in tomo de re beneficiaria ; ubi tot commentariorum paginis (quibus ille Author illam sufficerit), est adeò lacera atque intercissa , ut perlegi, atque illius sensus commode percipi non possit. Cui incommodo ut occurrerem , postulabant cogitantes , ut Concordati textum purum putum , nullo alio interposito typis , mandare satagerem. Hanc postulationem non libenter amplecti minimè potui ; tūm , quia amantissimorum discipulorum vota & spem decipere visum est inhumanum ; tum , quia hæc petitio æqua esset , non nisi injusta denegatio esse poterat , præsertim quòd ea res maximo usui imoferè necessaria futura esset , tam Viris Ecclesiasticis qui rem beneficiariam tractant , quam Patronis Causarum atque judicibus , qui de ea aut consultoribus respondent , aut in foro atque judiciis disceptant , quibus

legem perspicere atque meditari
non facile est, nisi tota atque uno te-
nore & consequentiâ oculis subji-
ciatur. Obstrinx me itaque libenter
huic æri alieno, & quam à me re-
poscebant operam, non solùm sum
pollicitus, sed ut aliquid de meo
largirer: Promisi quoque varias no-
tulas in margine aspergere, & si iis
quæ olim per laborem plurimùm
carpsi, apis matinæ more modoque
grata carpentis tymia ex Glosa Prag-
maticæ - Sanctionis Rebusso, Mo-
linæo, Bengeo, Corrasio, Teve-
nello, Selva, Tornetio, atque aliis
Authoribus Gallicis, ex quibus ju-
ribusque ab eis relatis, si illis ad-
dantur Coronidis loco quæ consti-
tutionibus regiis regulisque **Can-**
cellariæ in Regno receptis sancita
sunt, & summarum Curiarum pla-
citis Decreta tota nostra penùs Be-
neficiaria deprompta est. Verùm
cum operi manum admovere tenta-

vi, atque hoc ultimum perficere ;
sensi me eâ deceptum fiduciâ quâ de-
suis facultatibus plusquam in iis est,
sperant homines , gravius suscepisse
onus quam ferre possent humeri ,
quem enim ex peritis hujuscce rei la-
tet , quæ in istis notulis adorandis
solertia , quam egregiæ & selectæ ,
quam perspicuæ , breves , rotundæ ,
& plenæ esse debeant , præterquam
quod non suffecit mihi otium , va-
riis curis distracto ; quam . ob rem
cum me non solvendo esse , fuerim
coactus confiteri promissum utrum-
que solvere distuli cum unum non
possem. Re tamen attenius conside-
ratâ magis bonæ fidei congruere ar-
bitratus sum per partes fidem libera-
re , præsertim cum non voluntas fa-
tisfaciendi sed facultas defuerit , nec
ultra quam facere possim , præstare
cogendus non videar , qui spontaneo
promisso me obligaveram. Concor-
dati igitur textum (ut vocant) typis

mandari procuravi, cui litteram quoque Pragmaticæ - Sanctionis adjungendam putavi ; quia & originem Concordati demonstrat, & ad ejus intellectum multum sæpiissimè confert, sed & historiam utriusque, quam Pinsonius retulit, subtexere non incongruum existimavi : Notulas verò quas jam illinere iisdem carthis non vacat, si ad plures curas vitam produxero, & per otium quod modesti quidam simul ac studia importunè nimium inturbaverunt licuerit in medium proferam. Interim ut ex rei beneficiariæ sedulo studio gratum fructum percipiatis, optat ves- ter studiosissimus Gallicæ Scholæ Tolosanæ Canonicique ac Civilis Juris Professor Regius JOANNES Du VAL.

D 1 A 1

This Prologue is written by John
Tolkien, Canon of St. Cuthbert's
Chapel Royal, London, 1925.
The original manuscript is in
the possession of the British Museum.
It was written in ink on vellum
and contains 22 pages.
The title page is as follows:
THE PROLOGUE TO THE
LORD OF THE RINGS
BY JOHN TOLKIEN
CANON OF ST. CUTHBERT'S
CHAPEL ROYAL, LONDON
1925

HISTORIA

ORIGINIS

PRAGMATICÆ-SANCTIONIS,

BITURIGIBUS EDITÆ

procurante Rege Carolo

VII. anno 1439.

Et Concordatorum Bononiæ inito-

rum inter Leonem Papam X.

pro Sede Apostolica & Regem:

Franciscum I. anno 1515.

OLIM in universis Ecclesiis, Episcopi per electionem assumi consueverant sufragante Cle-ro & Populo. Postea in Oriente Populus exclusus: & in Occidente antiquior eligendi forma perman- sit: etiamnum in eligendis SS. PP. is ordo in Galliis servatus quamdiu Imperii Romani partes tenuere, post cujus eversionem Reges nostri inspicientes quantum regni commodis interesset, talem in promotione Episcopo- rum partem sibi vindicarunt.

quod nulla ordinatio fieret absque eorum iussu ac præcepto ; & quamvis Episcopi in Synodis congregati sæpius postulassent restitutio[n]em antiquioris - Usus electionum , tamen iteratis petitionibus regum authoritas prævaluit . Quod quidem ita servatum fuit permanente prima regum nostrorum Stirpe , cujus usus & possessionis evidentiora supersunt testimonia apud Gregorium Turonensem & alios Historiographos , item in Marculphi formulis , sed etiam idem usus invaluit regnantibus primis secundæ familiae regibus Pepino & Carolo-magno , nec apparent ulla eligendorum Episcoporum vestigia in Synodis , iisdem temporibus convocatis . Pater Sirmundus in præfatione collectionis quarumdam electionis formularum quas addidit , calci secundi voluminis Conciliorum Galliæ , magno ex judicio adnotavit ordinem superius expositum in eligendis Prælatis ; illudque addit suè esse , opinionis Ludovicum Pium anno Imperii sui IIII. restituisse

P R A G M A T . S A N C T .
Ecclesiæ pleniorum suorum Præ-
latorum eligendorum facultatem ,
suamque in id sanctionem inesse
suorum capitularium lib. I. Cap.
84. sed tamen illud adnotandum
jus illud eligendi non adeo libe-
rum Ecclesiæ restitutum quod pa-
tebit ex ordine tunc servato.

Nam mox ex decessu Episcopi
quidam è Clero Ecclesiæ viduatae
& è populo feligebantur ad Me-
tropolitanum Provinciae delegati ,
ut Prælati decessus certiorem fa-
cerent , qui quidem Metropolita-
nus Regi supplicabat , ut eligendi
Pastoris Ecclesiæ viduatae licen-
tiam concederet , & unum Epis-
coporum Provinciae demandaret
qui electioni nomine regio interes-
set , & Episcopus vice regia deman-
datus visitator appellabatur ; mox
que electione habitâ instrumen-
tum electionis habitæ ad Metro-
politanum deferebatur , qui ipse
regi emittebat ut electionem suo
suffragio approbaret postea Ar-
chiepiscopus & ipsius Provinciae
Episcopi in electum inquirebant ,
probatum consecabant eique or-

4 HISTORIA
dinem sui muneric ritè obeundi
præscribebant.

Hic peragendarum electionum
Ordo aliquandiu permansit in II.
Regum nostrorum Familia, &
transiit ad priores tertiae Stirpis
regum nostrorum qui illud im-
mutarunt. Namque Archiepisco-
patibus aut Episcopatibus vacan-
tibus capitula duos vel tres è gre-
mio ad Regem emittebant, ut
vacationis Ecclesiæ certiorem fa-
cerent, & ab eodem obtinerent
licentiam eligendi Pastoris. Item.
Regulares & Monachi nec non
Moniales ipsæ vacationis Ecclesiæ
Regem certiorem facere consue-
verant, eamdemque eligendi fa-
cilitatem obtinere.

Mox Officiarii quilibet intra
jurisdictionis terminos, Archie-
piscopatum, Episcopatum, nec-
non Abbatiarum redditus tempo-
rales manui Regiæ submittebant
iisque jure regio utebantur. Et
electione habita Metropolitanus
nunciabat Regi, Electum confir-
masse ex facultate Regia; eum-
demque rogabat ut manum Re-

P R A G M A T . S A N C T . §
giam amoveret , & electo liberum
fruendi facultatem concederet ,
eumque ad fidelitatis juramentum
admitteret. Aliquando ipsamet
Capitula , Electionem factam Re-
gi nunciabant , sed de confirma-
tione tacebant , quod jus illius
habendae ipsis non competeret ,
neconon Episcopi quinque intra
terminos Diœcœson idem in elec-
tione Abbatum , vel Abbatissarum
observabant ; non modo ut manus
Regiae reditibus immisæ amotio-
nem obtinerent , sed etiam ut Elec-
tos ad fidelitatis juramentum præ-
tandum admitterent , attestando
se electos ex ordinaria potesta-
te confirmasse , Abbatibus &
Abbatissis benedictionis gratiam
concessisse ; saepius tamen regula-
res & moniales electionis habitæ
Regem certiorem reddebant ,
nonnunquam Capitula Cathedra-
lium Ecclesiarum , Sede vacante
idem Regi nunciabant.

Hic peragendarum electio-
num Ordo probatur ex veteribus
formulis quæ nobis supersunt ; &
quamvis multæ & variæ mutatio-

6 HISTORIA
nes & innovationes in eas irre-
prerint, satis tamen abundè li-
quet quæ jura Reges nostri in ce-
lebratione electionum assumpse-
rint; sed tandem cum regnante
Rege Carolo VI Feragendas
Electiones nimia corruptela inva-
sit, Ecclesia & Regno tunc tem-
poris in maximam confusionem
delabentibus, necessarium fuit re-
media quærere morbo curando,
& quia immutatio plurium adno-
tanda fuit ut illius plenior no-
tio habeatur, expositio ab ante-
rioribus paululum repetenda.

1418 lis.
teræ
paten-
tes Re-

gis Ca-
zoli.

VII.

1437.

1423.

13. Ju-
ni.

Sub finem Concilii Constan-
tiensis, habitum fuit Decretum,
quô statutum fuit Concilium in-
tra quinque annos Papiæ indicen-
dum, & intra septem annos in
Francia aliud congregandum.

Concilii Patres Papiæ convene-
runt, sed propter pestem ingra-
vescentem Martinus V. S. P.
Senis Toscaniæ indixit ubi & Pa-
tres convenere & Decreta quædam
sanxere, illudque statuerunt. Con-
cilium intra septem annos Basileæ
congregare.

7. De-
cemb.
1431.

Martinus V. quod statutum fuerat executioni mandavit, & effluxo septennio Julianum Cardinalem delegit, ut legati nomine Concilio interesset; sed tandem sūb hæc tempora ē vivis excessit, & Eugenius I V. succedit qui legitum à Martino delectum confirmavit, isque Basileæ præsentiam exhibuit, & Concilium inchoavit, cui pauci ē Partibus interfuerunt.

Eugenius vero cum videret in Concilio, Propositiones haberi quæ autoritati suæ detraherent; voluit Congregationem sinodalem dissolvere, quæ tamen renuit, & eidem quosdam oblegavit qui ipsimet declararent illud nequam posse; quamobrem in sessione 3. decretum ediderunt, quo significarent dissolutionem Concilii nullatenus fieri posse.

Interea divisionibus subortis; inter generalem Sinodum, & Eugenium, quidam ex Cardinalibus à partibus Eugenii abscesserunt, & Basileam secesserunt, quidam partibus Eugenii adhæserunt. sessio-
ne 8.

HISTORIA

runt, qui & ipse sacram Sinodum excommunicationi subjecit, & ejusdem fautores. Sacra item Sino-
dus contra Eugenium exarsit, quamvis lentè & Canonice; & editum Decretum in Concilio uni-
cam tuntum Synodum uno tem-
pore haberi posse, cum viderent
Eugenium alteram convocare
communitum; suis partibus adhæ-
rentem.

1431. Eodem anno Ecclesia Gallica-
na Biturigibus convenit, instruc-
tiones quasdam redegit contra
Bohemos (quorum causa potissi-
mum congregabatur Concilium)
ex quarum confectione patebit
manifestum Galliam Concilio ad-
hærere, interdum Archiepiscopus
Lugdunensis delegatus ab Eccle-
sia Gallicana, ut suo nomine ora-
tor Concilio interesset necnon
Regi supplicationes habitæ ut
eundem Archiepiscopum lega-
tum Concilio demandaret, & ins-
taret continuando Concilio.

1432.
mense
Maio Quæ quidem Gallicanæ Eccle-
siae instructiones Basileani missæ
anno sequenti, Patresque Conci-

iii Regi rescripserunt, ut gratias agerent ejus quam habuerat curæ continuandi Concilii, necnon idem Patres rescripsere Senatui Parisiensi, itemque Domino à Tremolia Cancellario Franciæ, & Archiepiscopo Lugdunensi, qui nondum perfectionem suscepserat; litteræ vero non alio tendebant, quam ut Rex citius ad Concilium Oratores mitteret.

Interea discordia inter Concilium & Eugenium suberat, dum Sigismundus Imperator admissus in Concilium, singulorum curam, adhibens reconciliationi ineunda, tandemque eam adhibuit diligentiam ut malum inveterascens sedaret. Tunc Eugenius Papa omnia retractavit quæ dividendo Concilio tentaverat, confessus se à recto tramite deflexisse, & singula Concilii acta approbavit, eique Concessum ut novos Legatos ad Concilium mitteret, ut unà cum Juliano Cardinali sancti Angeli præessent, quo statim excitatus inter alios delegavit Nicolaum sanctæ Crucis Cardinalem.

Sessio-
ne 9.
1433.

Sessio-
ne 4.
& 16.

1433.

Hæc tamen inita Concordia
mox intermissa , interim Sermo
habitus de revocandis Græcis ad
Ecclesiam & exinde Eugenius oc-
casione natus transferendi Con-
cilii , quod Basilea civitas non
foret satis conveniens convoca-
tioni : illud Congregationem divi-
sit adeo , ut in varios sensus divi-
se opiniones , aliis convocationi
Basileensi adhaerentibus , vel sal-
tem translationi Avenionem ha-
bendæ , quod conclusum quo-
dammodo habitum ; aliis transla-
tionem in Sabaudiam proponen-
tibus , aliis Ferrariam , quibus pos-
terioribus licet in minori numero
Eugenius consensit.

Divisis suffragiis Eugenius cau-
sam habuit , convocandi Conci-
lium Ferrariae & exinde majori
divisioni fovendæ quam ulterius
habita fuerit.

1437.
mense
Maio.
Session.
28. &
29.

Quæ dum Concilium Basileena
se prævideret , contra Papam pro-
cessit , contumacem reddidit ,
Bullamque convocationis Conci-
lia Ferrariae annulavit & resci-
dit ,

P R A G M A T . S A N C T . I I

Eugenius vero Concilium excommunicationi subdidit nullum declaravit. Concilium verò processus habito institit necnon Eugenium suspendit & tandem depositum.

Verum Patres Concilii Basileæ Congregati, miserunt in Gallias ad Regem, ut certiores ficerent eorum quæ contigerant: Rex vero litteris patentibus jussit omnes Prelatos regni. Avenioni adesse, designato loco convocationi Concilii vetuitque ne Ferrariam irent.

Tunc vero Rex cum tantam in Ecclesiæ universalis discordiam inesse cerneret, curiam peculiarem Ecclesiae Gallicanæ suscepit, & ea de causa Clerum Gallicanum, & regni proceres in Concilium ascitos, Biturigibus convocavit, ubi Pragmitica - Sanctio promulgata, de qua infra pecularis sermo habebitur.

Depositione vero Eugenii conclusa & publicata Concilium in Papam elegit Amedeum Ducem Savaudiæ & in locum Eugenii suffecit, qui Felicis quinti nomen asumpsit.

23
Jan.

1437.

1438.

sessio.
19. Dec.
cem.
1439.

A v j

Interea Æneas Sylvius Amanuens̄
is Concilii, postea Papa factus
Pii II. nomine, tractatum habuit
de potestate Concilii, in gratiam
Felicis, quem tamen retractavit
postquam in Papam assumptus
est.

1440. Eugenius vero cum alium in
Papam sui loco, subelectum cer-
neret, Oratores ad Regem Fran-
cias emisit, inter cæteros Episco-
pum Florentinum, quiue admissi
& exauditi in Congregatione Bi-
turicensi, Regi supplicarunt ut
acta Concilii Basileensis improba-
ret ab eo die quo translatio Fer-
rariæ indicta fuerat, necnon de-
positionem ipsius, & Ducis Sa-
baudiæ electionem, & ipsimet
placeret, Pragmaticæ executio-
nem suspendere, seque congruen-
ti remedio provisurum. Thomas
de Corcellis, Concilii Orator,
ad Regem demandatus in Con-
gregatione Bituricensi exauditus
longam Orationem super tribus
articulis. Primus fuit de potesta-
te Concilii in Papam, & ex eo
conclusit S. P. recte depositum;

secundo , nulla ex causa Concilium transstulisse Ferrariam , & absque authoritate , cum depositus esset , servato judiciorum ordine ; Postremo Concilium jus eligendi Papam habuisse , cum nullus superesset . Sermonem habuit de validitate electionis , electum Felicem V. commendavit Regique supplicavit , ut cum electum admitteret .

Congregatio Bituricensis per sex dies & sessiones , deliberationi institit , & tandem Oratoribus respondit , Regem Concilio Basileensi adhærere , nec Congregationem Ferrariensem approbare , depositionem Eugenii improbare , & Felicis quinti subelectionem . Eugenium Papam agnoscere , seque velle ut in toto Regno eidem obediretur , ed usque quod in Concilio intra annum in Francia habendo , aliter conclusum fuisset , & determinatum , quantum ad Pragmaticam Sanctionem ejusdem observationem inviolabilem mandasse , & si quid in Concilio violentius age-

retur sibi moderandi partes refer-
vasse.

1440.

Rex interim die 2. Septem-
bris ejusdem anni Declarationem
suam , coram consanguineis Prin-
cipibus & oratoribus , hinc in-
de deputatis perlegi jussit , quæ
id habebat quoniam , illi non pa-
tuerat depositionem Eugenii &
Felicis electionem canonice habi-
tas , & dubitabat num Concilium
sufficiens tunc fuisse tantorum
negotiorum decisioni , Eugenio se
adhæsurum usque dum à Conci-
lio generali alias conclusum vel à
Congregatione Ecclesiæ Gallica-
næ determinatum.

20. De-
cemb.
1440.

Rex vero Ecclesiæ saluti consu-
lens & avertens discordias Euge-
nium inter & Concilium subor-
tas , Regni tranquillitatem tur-
bare , Constitutionem habuit quæ
subditis vetuit , ne Bullis aut alte-
ratrius partis Diplomatibus & res-
criptis uterentur , nec earumdem
Fulminationibus , jussitque Offi-
ciarios & Judices , Pragmaticam
suam ; omnino servare , nequidem
nullæ Concilii Basileensis decreta

PRAGMATICÆ SANCT. 1442
servari nisi ab ea die quæ Pragmaticæ publicatio habita fuit, illudque indictum patentibus litteris probatis in Parlamento sancti Martini anno 1440.

Concilium vero Basileense in ea divisione finem habuit & postrema Sessio conclusa, mense Junio

1442

1442.

Schisma tamen usque ad mortem Eugenii perduravit postquam Nicolaus V. electus fuit à Cardinalibus qui Eugenio prædecessori adhærebant, novus Pontifex à Rege admissus, qui filialem obedientiam eidem præstítit per Oratores suos. Oratores vero fuerunt, Jacobus Ursinus Archiepiscopus Remensis, Episcopus Aleptensis; Tanneguidus Duchastel, Jacobus Cordis, Guido Bernardus Archidiaconus Turonensis, Thomás de Corcellis, Doctor Theologus, & cum eis Profecti legati delphini Viennensis, necnon Regis Siciliæ. Remensis Archiepiscopus Orationem habuit.

Mart.

1447.

Nicol.

Egi-
dius.

Verum & illis Oratoribus demandatum, ut in Sabaudiam de-

1494

fleterent Felicem invisuri , ut ip-
si suaderent juri suo renunciare
quod exequi noluit ; Rege tamen
negotium prosequente id egit ,
ut tandem Felix juris cessioni
consentiret , ea tamen conditio-
ne ut Cardinalis sanctæ Sabinæ
creatus permaneret & in patria
legati munere fungeretur . Schisma
toto novennio perduravit ; Rex
vero potissimum author fuit ha-
benda unionis , quidquid Fride-
ricus III. Imperator & Reges
Angliae & Siciliae aliunde tenta-
fent .

Concilii Basileensis Patrum alia
pars lausaniæ concessit , ubi nihil
ab eis decretum habetur , adeo ut
cum Felicem V. juri cessisse vi-
dissent , alteri Ecclesiæ parti ad-
hæserunt lubentius , quod in cau-
sa fuit ut Nicolaus V. anno Pon-
tificatus III. Bullam emiserit ,
qua omnia in Concilio Basileensi
gesta , approbaret in hæc Verba :
qualitercumque facta , gesta , con-
cessa , data , indulta , deposita &
ordinata , cujuscumque naturæ
existent , & voluit in suis litteris
pro expressis haberi .

Ecce quis finis fuerit Concilii.

Et ex eo ortum habuit Pragmatica - Sanctio ; & videndum quomodo fuit ordinata , & servata in hoc Regno , postea quibus modis abrogatio tentata , & quibus tandem abrogata fuerit.

Ex praecedentibus patet , Eugenium Papam ut controversum inter se & Concilium subortam conciliaret , rata habuisse ea omnia quæ à Concilio , sancti fuerant : verum nec illud diutius servavit , & altera divisio suborta , ad annum 1483. quæ solo Papæ decessu finem habuit , ita ut uniuersitatem adhærentes sibi fructores quererent : interea Papa & Concilii Patres , ad Regem Carolum VII Oratores miserunt ut prædictum est.

Verum Concilii Patres ut sibi arctius Regem Conciliarent , quinque Oratores eidem regi deputarunt , inter quos Girardus Episcopus Sancti Pontii Tomeiarum , Abbas Virgiliacensis , Thomas de Corcellis sacræ Facultatis Theologiae Doctor , Guillel-

mus Hugo, Matensis Archidiaco-nus, Joannes à Manze, Canoni-cus Lugdunensis, qui Regi obtu-lerunt Concilii nomine quædam de-creta, eique supplicarunt ut ea-dem in regno admitti curaret.

Hujus negotii decidendi causa Rex in Capella Regia Bituricensi Magnates & Proceres regni con-gregavit, quibus Rex præesse voluit, comitantibus & affidentibus; Delphino Viennensi mox Ludovi-co XI. Carolo duce Borbonii, Carolo duce Andegavensi Ca-no-maniae, Petro è Britannia nepo-te, Bernardo comite Marchiae, Ludovico Vindocinensi, & Guil-lelmo de Tancarvilla, & aliis illu-strioribus, tam Ecclesiasticis quam sacerularibus magni Conci-lii officialibus.

Præcipui Congregationis asse-fores de his articulis à Basiliensi-bus decretis longiorem sermonem habuerunt quorum quædam ad-miserunt ut extabant, quædam modificatione data, non ex eo, ut habeat textus Pragmaticæ, (quod authoritatem Concilii in dubium

revocarent,) sed ex eo quod tempora ; regni mores , & regni incolæ illud ipsum postularent.

Illud etiam adnotandum duos tantum articulos è viginti - tribus in Pragmatica comprehensis , post alteram Concilii divisionem emissos , adeo viginti & alter Eugenii Pontificis approbationem meruerunt , Bulla in id expressissim edita ex conventione cum Concilio habita.

Duo autem decreta post secundam Concilii divisionem habita fuere ; alterum de collationibus alterum de causis ipsa depositionis Eugenianæ die promulgata, quoad vero decretum de numero & qualitate Cardinalium , habitum quidem fuit ante dissolutionem Concilii , sed mox ab ipso Eugenio revocatum.

Sed illud adnotandum , quod illa duo decreta habita post ipsam Concilii divisionem , quæ quidem redolent zelum quo Patres Concilii movebantur , multum à Rege ipso & Congregatione Ecclesiæ

Gallicanæ moderata, eo usque ut
toto Pragmaticæ textu Rex Eu-
genium solum Pontificem, nec
alterum agnoscat. Primus igitur
Concilii articulus à Pragmatica-
Sanctione approbatus est, in priori
Sessione Concilii Basileensis, &
respicit ipsam Conciliorum gene-
ralium autoritatem, quæ cele-
brari debent de decennis in decen-
nium, qui & ipse Papa de con-
sensu Concilii finientis, locum de-
signare debet ubi congregari ha-
beat, qui immutari non poterit
nisi de concilio Cardinalium.

Secundus Articulus per Prag-
maticam-Sanctionem approbatus,
est in secunda sessione Concilii
Basileensis, & pertinet ad autho-
ritatem & potestatem ejusdem
Concilii Basileensis, quod Conci-
lium ipso Papa superius sit & in
id renovatum decretum Concilii
Constantiensis, quod & ibidem
laudatur, & simul conclusum,
Concilium potestatem immedia-
tam habere ab ipso Jesu Christo,
cui omnes obedire debeant etiam
Papa, qui & correctioni sub-

P R A G M A T S A N C T I E
jacet si eidem contravenerit.

Tertius Articulus concernit duo decreta habendarum electionum, primum est in sessione 12. Concilii Basileensis & ipsa Pragmatica approbatum, secundum est in sessione 25. ejusdem Concilii, & moderationem habuit circa consecrationem promotorum in Curia, & definitum est in nullius Episcopi erectionem posse confirmari, nisi à superiore vel ejus mandato, quod si Papa de Consilio Cardinalium vitiosam electionem animadverterit, eamdem revocare poterit, & remittere ad capitulum vel Conventum ut ad novam electionem procedant hoc amplius decretum Ecclesiam jure communi sibi eligere debere.

Præterea electionum forma prescripta est, eligendi qualitas, & conditio expressa, quod electionem confirmare habens, nihil accipere debeat quod & ipse Papa observandum monetur, alias proximo Concilio deferendus, quod confirmatus remitti debeat à Papa ad ipsum ordinu-

rium nisi velit in ipsa Curia conserari, & mox ad Superiorem emittendus, ut ei obedientiam præstet, & pœna indicta in eos qui licentiam à Papa obtinuerint confirmandi se extra curiam ab altero quam à superiore.

Quartus Articulus comprehendit reservationem abrogationis & est in sessione 23. Concilii Basileensis & ab ipsa Pragmatica approbatus.

Quintus articulus ab ipsa Pragmatica approbatus, est in sessione 31. Concilii Basileensis, & habitus post secundam Concilii divisionem anno 1438. diserit de collatione beneficiorum, ubi & decretum de authoritate Coneillorum generalium supra Papam repetitum extat; eique decreto Pragmatica - Sanctio varias modificationes plurimum adnotandas immisit.

Ibidem gratiæ expectativæ detestationi habentur & definitum nullum, earum amplius usum fore à Romano Pontifice, nulla & invalidæ habentur reservationes

P R A G M A T . S A N C T . 23
particulares Papæ & legatorum.

Itemque definitum singulos Pontifices Romanos vita durante, posse de unico Beneficio provide re ejusdem collatoris dispositioni submisso , qui decem conferenda habuerit , de duobus ubi collator habuerit quinquaginta vel ultra , & omni casu Papa ordinarios collatores prævenire poterit , quod & Ecclesia Gallicana admittere renuit , & disponit ordinarios Collatores in libera dispositione servandos.

Item Graduatorum inventum & status , Basileensi Concilio inductus & varias differentias per Pragmaticam admisit.

Sextus Articulus qui pertinet ad causas in eis sessioni 31. ejusdem Concilii , & id habet causas terminandas in Provinciis remotioribus à Curia Romana ultra duas Diætas , exceptis majoribus in jure expressis , electionibus Ecclesiæ Cathedralium , necnon Monasteriorum , quæ mediata subjectio ad Sedem Apostolicam devoluit , nusquam appellandum

Male
ibi est
tantum
advisa-
men-
tum ,
Eccles.
Galli-
canæ
non dis-
positio.
F. P.

Non
fuit
execu-
tioni
manda-
tus.

ad quemcumque Superiorem etiam Papam omisso medio, & si judicatum procedendum esse, quod tunc Papa delegabit judices in partibus.

Verum Bituricensis congregatio insurgit per modum quarelæ in Concilium ibidem, quod in aliquibus articulis invadere valuerit autoritatem S. Pontificis nec non aliorum Prælatorum.

Septimus Articulus est contra frivole appellantes & habetur in sessione 20. Concilii Basileensis.

Octavus Articulus est de pacificis possessoribus in sessione 31. ejusdem Concilii.

Nonus Articulus qui definit numerum Cardinalium usque ad viginti quatuor, est in Sessione 23. ejusdem Concilii & approbatur per congregationem, sed in nulla parte executioni mandatur.

Decimus qui est de Annatis jacet in sessione 21. ejusdem Concilii habitus anno 1435. ubi enumerantur omnia exactio[n]um genera, & reservatum, dandum aliquid tantum scriptoribus, ab breviatoribus

Hi arti-
culi
habiti
fuerunt
anno
1435. &
probati
per
Prag.
mati-
cam.

breviatoibus , mediocris salarii
tenus, poena contravenientibus in-
dicta declarationis symoniacorum.

Sin verô ipse Papa ipsi Decreto
non satisfecerit denunciabitur
proximiori Concilio , quod equi-
dem à Gallicanâ Ecclesiâ probatum
est in dictâ Congregatione.

Undecimus Articulus pertinet
ad formam , & modum quo Divi-
num Officium celebrandum sit, in
sessione 21. Concilii Basileensis :
quod quidem Pragmatica appro-
bat , illudque addit laudibiles Ec-
clesiarum singularum consuetudi-
nes servandas esse.

Duodecimus 13. 15. 16. 17. 18.
& 19. Articuli qui contingunt ad
Politiam & Disciplinam Ecclesi-
arum Cathedralium contra quos-
dam abusus qui vigebant , & sunt
in sessione 21. ejusdem Concilii al-
mittuntur simpliciter , & appro-
bantur à Pragmaticâ Sancione.

Vigesimus Articulus de Concu-
binariis in sessione 20. ejusdem
Concilii.

Vigesimus primus Articulus de
excommunicatis non vitandis , in

Hi tres
articuli
conclua-
anno
1435 &
probati
per Pra-
gmat.

Vigesimus secundus Articulus de
interdictis indiferenter non po-
nendis in sessione 20.

Et tandem vigesimus tertius Ar-
ticulus ejusdem Concilii ab ipsâ
Pragmaticâ-Sanctione probatus &
habitus anno 1435.

Et in his tandem consistunt quæ
in Congregatione Bituricensi con-
clusa sunt , & in conclusione Re-
gem deprecata est , ut ea omnia
Decreta & conclusa in legem coge-
ret , quod & ab eo factum , & vo-
cavit legem suam Pragmaticam.
Sanctionem sequutus exemplum
sancti Regis Ludovici , aliorum-
que Regum & Imperatorum , &
constituit quod inviolabiliter ob-
servaretur in Regno , eamdemque
emisit ad Parlamenti Curiam , ubi
probata & actis mandata , 13. Ju-
lii anno 1439. cum conclusa fuit
set Biturigibus 7. Julii anni præce-
dantis.

Lubet igitur hîc referre quomo-
do Robertus Guaguinus Mathuri-
norum Magister generalis , de eâ-
dem Pragmaticâ-Sanctione loqui-

tur in suâ historiâ , in dicto apud Bituriges Concilio , Rex Pragmaticam quam vocant Sanctionem tulit , eamque in Parlamento promulgari mandat anno 1439. Nonis Julii ; quam regiam authoritate Basileensis Synodi , factum constitutionem , qui deinde fuere Romani Pontifices , non secus ac pernitosam hæresim execrati sunt : quia eam nemo Pontificum dissoluto Basileensi conventu procreverit. Vetustissima enim contentio de universali Concilio , & Romano Pontifice , utrum majus sit , inter Ecclesiasticos hactenus perseverat , quo meâ sententiâ factum est ut generales ynodos cogere Pontifices detrectent , formidantes suam tam latè patentem , ne dicam usurpatam autoritatem Conciliorum Decretis cohiberi.

Verum hæc lex eo potissimum spectat , ut Ordinarii munus suum impleant antequam Romam recessatur.

Ut electionum peragendarum forma , restituatur pristinæ puritati.

Ut Concilii generalis authoritas etiam supra Papam prodeat, necnon gratiae expectativae abrogata maneant.

Rex Carolus VII. vitâ durante hanc religiosissimè servari jussit, nec tamen potuit priores Paparum in eam impetus effugere, non ut eam penitus antiquarent, sed ut præciuos articulos immutarent.

Sed enim Papa Eugenius IV. eidem Regi quasdam componendi rationes proposuit, & in eas quosdam articulos dimisit, quibus & ipse respondit, adeo hoc primum tentamen inutile evasit.

Verum cum videret quamdam corruptelam suæ legis observacionem invadere, remedia quædam adhibuit per suam constitutionem edictam anno 1454.

Æneas Sylvius qui Concilii Basileensis Amanuensis fuerat cum ad summum Pontificatum se promotum videret anno 1458. nomenque Pii II. assumpsisset tanto odio in hanc legem exarsit, ut quidquid in eo erat tentaret ut abolendam procuraret.

Primum
tentame
abrogā-
dē Prag-
mat.

Namque in Synodo Mantuae habita , ut decerneret de modis, bella movendi in Turcam , postquam recepisset obedientiam Caroli VII . & laudasset Prædecessorum pietatem , longiorem orationem habuit de Conciliis , Constantiensi & Basileensi , necnon Pragmatica Sanc-
tione , & invehens in damna quæ in Regno Franciæ movebat , dixit Episcopos cum sibi persuassent , per eam plenam & integrum liber-
tatem procurasse , in tantam debi-
litatem incidisse , aut authoritat's diminutionem , ut cogerentur in omnibus causis in Curiis Parlamen-
ti se se defendere , necnon con-
ferre beneficia ad libitum Regis &
Magnatum , viris improbis , minus
que idoneis , necnon etiam im-
pelli ad excommunicationum ab-
solutiones impertiendis , absque ulla satisfactiōne , nec eis ulla agen-
di libertas relinquebitur ; verū etiam eos qui aliquas Bullas con-
trarias aliquibus Decretis Pragma-
ticæ deferebant , haberi tñquam laſæ Majestatis reos , Parlamentum
de omnibus causis , etiū Episco-

palibus, Matrimonialibus & hæres-
eos, cognitionem suscipere Eccle-
siasticorum, bona manu regia ple-
rumque subjici Episcopos aliosque
Ecclesiasticos per propriæ perso-
næ detentionem adigi, ad id ex-
quendum quod sacerdotalibus judici-
bus placebat.

Tunc igitur Procurator genera-
lis Danetius admonitus de sermo-
ne habito à summo Pontifice &
quod eo tenderet, ut Ecclesiam
Gallicanam à corpore universalis
Ecclesiæ disjungeret, necnon suf-
ficienter instructus comminatio-
num, quibus usus fuerat contra
Regem, suos Officiarios & subdi-
tos publicè protestatus contra qua-
cumque dicta & facta à Papa in
eo conventu, & declaravit se
submittere, quoad ea, universalis
Concilii judicio & determinatio-
ni.

Nec tamen Pius II. iis tantum
immoratus fuit, & enim longissi-
mam epistolam ad Regem emisit,
quæ extat impressa inter ejusdem
epistolas, numero 132. in quâ illud
repetit quod in conventu Man-
tuano dixerat.

P R A G M A T . S A N C T : 3¹

Carolo VII. Regi mortuo Lu- 1461.
dovicus filius successit 1461.

Huic vero principi adhaerebat à secretis Episcopus Atrebatenſis Joannes Godefridus appellatus, oriundus ex Comitatu Burgundiæ qui postea fuit Episcopus Albiensis & tandem Cardinalis Abbavileus.

Hunc Papa ſibi conciliavit & effecit ut Pragmaticæ - Sanctionis abrogationem aggredetur, eum alliciens promiſſione Cardinalitu galeri, quāvis Rex ſimul cum Duce Burgundiæ iuſtitiffent apud ſumnum Pontificem ut ejusdem promotionem procurarent.

Ille igitur Episcopus ut negotii expeditionem acceleraret, Regi promiſit ſumnum Pontificem in partes Gilliæ, legatum delegatum qui Beneficia conferret, ut pecuniaæ ē Regno nullatenus tranſveherentur, quod tamen effectu caruit.

Postea emiſſus fuit in Italiam, nomine regio ad ſumnum Pontificem, ut obedientiam ejusdem nomine ſummo Pontifici exhiberet, & tractaret de negotio Siciliæ, &

Mons-
trelet
vol. 3.
Part. 18.

dum in viam progrederetur, ref-
civit se in Cardinalem provectum.

Interim Annales referunt tunc
cumdem summo Pontifici rescrip-
tisse, quænam esset Regis inten-
tio, de Regno Siciliæ genero suo
procurando, necnon Regiam Ma-
jestatem filiam juvenem despon-
sisse filio Joannis Andegavensis,
nepoti Renati Siciliæ Regis, eum
que exoptare generum suum Re-
gern esse, illudque effecturum ut
Ferdinandus Spurius Arragoniæ
expelleretur, quamvis à Papa pro-
tectionem meruisset.

Nec enim morem esse, Sum-
mos Pontifices Regibus Franciæ
obversari, illud oportunius esse,
ut Papa protectionem Regis Fer-
dinandi dimitteret; interim Rex
votis Pontificis faventior redde-
retur, & absque dubio Pragma-
tica-Sanctio penitus abrogare-
tur.

Interamnensis vero Episcopus
Nuncius Apostolicus in Galliæ,
Summo Pontifici rescriptit, se
privatam cum Rege sermonem
habuisse de eodem negotio sibi

Regem promisisse Pragmaticam
eversurum si in Siciliæ negotio
eidem satisfactum esset, & illud
effectum ut gener Regno potire-
tur.

Sed & Regii Oratores exaudi-
ti, & postquam obedientiam exhibi-
buissent, de eo negotio tractatum
est, Papa eosdem humanissimè ex-
cepit eisque omnismodam satis-
factionem repromisit, cum certius
resciuisse secum detulisse Cartham
Pragmaticæ - Sancctionis, necnon
ejus abrogationem quas præ ma-
nibus demiserunt, illæ vero lit-
teræ sunt de dattâ 27. Novem-
bris anni 1461. inscriptæ Pio
II. Summo Pontifici, in quibus 387.
Rex illud præfatur, quod licet
in Regno suo vigeret Lex que-
dam Pragmatica appellata edicta
de consilio multorum Prela-
torum & post magnam delibe-
rationem, & in eodem Regno
fuerit observata.

Cum tamen illud rescierit litte-
ris in id à suâ Sanctitate emissis
ejusdem legis abrogationem exop-
tare, quasi adversantis Sedi Apo-

Mons-
trelationis

Sunt
scriptæ
in Con-
cilio Li-
teranen-
si se. Ilo-
ne 4. &
in epist.
Pii Pa-
pæ II.
Epistol.

tolicæ , factæ tempore Schismatis ,
& quæ everteret penitus authori-
tatem Sanctæ Sedis.

Illud etiam addidit sanctam
hanc legem à Prælatis inferiori-
bus sibique subditis qui extruxe-
rant sibi licentia Templum in
suo Regno , & quamvis ipsimet
consilio datum esset ne hanc le-
gem abrogaret , nihilominus vel-
le in eo sanctitatis obedire jus-
sui , illud edicens ut omnia in
eum statum reducerentur quo
erant tempore Pragmaticæ-Sanc-
tionis.

Necnon illud exequendo , vel-
le Papam in suo Regno , uti ta-
li ac tantâ potestate quæ præ-
decessoribus suis competiisset , cum
judicio libero & potestate non
coarctatâ tandem ad libitum suas
functiones exequi daturum . Rex
interim reprimens Prælatos
Ecclesiae Gallicanæ eidem obtem-
peraturos necnon omnes subdi-
tos alias ad id cogeret .

Ea tamen extraordinaria sub-
missio Regis Ludovici XI. sig-
gillata & censuræ data Parla-

mento sedente necnon quærela
hibiti in Concessu Turonensi
trium Ordinum Regni , ineunte
Regno successoris Caroli VIII.
eodem anno 1461. Parliamentum
Parisiense solemnes illas & ge-
nerosas intercessiones Regi exhibi-
buit pro defensione Pragmaticæ-
Sanctionis adversus Romanam
Aulam , toties prælis commissas,
in quibus Regia Majestas obse-
crata , ut Pragmaticæ - Sanctioni
observationem procuraret.

Namque illud addidit Curia
Parisiensis in suâ defensione , Re-
ges Franciæ nullas unquam leges
edidisse in eâdem disciplinæ Ec-
clesiasticæ materiâ quæ ab univer-
sali Ecclesiâ suam autoritatem
mutuissent , extra Sanctionem
Pragmaticæ , ib Episcopis observa-
tione Regnum Franciæ in melio-
rem sortem abiisse , Ecclesiæ Regi-
ni Galliarum habuerant probos
Prælatos: Tandem concludunt Re-
gem ad illud adstringi ut Prag-
maticam - Sanctionem exequi ju-
beret.

Et ex eo fuit ut Parlamento. Insti-
B v j

lo Cu
niz par
te 6. n
46. ubi
vite no
rā, mo
lin.

rum Curiæ minus faciles se exhiberent proposito Regis, de abroganda Pragmatica exequenda, namque Parliamentum Tolosanum Decreto de mense Aprili 1462. cum litteras abrogationis Pragmaticæ scrinis Curiæ mandari suberet, illud pronunciavit de expressissimo mandato Regis, tam litteris patentibus quam aliis clavis exhibito, quam nunciis solemnibus de mandato Regis eloquentibus.

Gobel-
linus.

Interim Papa proposito intendens Regi gratias habuit de obedientia præstita postea Cartham Pragmaticæ per vicos Urbis Romæ traduci jussit publicando eam abrogatam.

Tandem in eam exultationem & lætitiae exhibitionem transiit, ut præ gaudio in lachrymas effunderetur, necnon in Missâ vigiliæ Natalis Domini media nocte celebrata gladium consecravit, cuius theca & vagina lapidibus pretiosis ornabatur quem Regi deferri jussit, cum versibus in ejus prædicationem editis.

Sed enim Cardinalis Attrebiensis qui tantum obsequium Papæ exhibuerat in Regni damnum & dedecus mercedes condignas à Summo Pontifice expectibat & interim cum duo majora beneficia vacare contigisset Archiepiscopatum Bisuntinensem & Episcopatum Albensem, utrumque sibi conferri exoptavit.

Eâ de causa Summum Pontificem adiit & dixit suam petitionem nusquam negare posse cum Bisuntina civitas locus esset originis, & quo ad Episcopatum Albensem Regem sibi conferendum postulare, suamque sanctitatem eidem repromisisse.

Verum Papa qui noverat virum elationis animi qui plura de sua ingenii acie presumebat eidem respondit non latere, se nusquam eundem Prælatum de duobus Episcopatibus investiisse & ut alterutrum optaret.

Cardinalis tamen ob Pontificiam repulsam insensus, servitum eidem exhibitum objurgavit, & Sedi Apostolicæ cum se prædicau-

Gobel-
linus in
fine Ep.
Pii II.

38 HISTORIA
ret Authorem Pragmaticæ-Sanc-
tionis abrogandæ, eique Regis
conciliasset amicitiam.

Veruntamen Papa in suo de-
creto permanxit quod ita Cardi-
nalis animum immutavit, ut in
Gallias reversus omnibus Papæ in-
tentis sese opposuerit.

Et quamvis Pragmaticæ-Sanc-
tionis Cartha per vicos Urbis
Romæ ignominiosè traducta fuisset,
nihilominus in Regno Fran-
ciæ servabatur ut postea tractabi-
tur. Verum Papa sibi totaliter
abrogatam persuadebat necnon &
Romani cives.

1464. Sed enim Papæ deceſſū adve-
niente anno 1464. inter alias Epi-
taphii laudes addiderunt illud
Pragmaticam - Sanctionem abro-
gavit, quod tamen nullo alio ef-
fectu donatum est, niſi ut reſer-
vationes & expeſtativæ gratiæ in
Regno admitterentur, ut ante
Pragmaticam servabatur.

1464. Paulus II. qui Pio II. ſuccedidit
reſciverat Pragmaticam in multis
Articulis, in Regno Franciæ fer-
vari, namque eo anno 1467. le-

gatum ad Regem Ludovicum
emisit , cum potestate creandi
Joannem Baluam Episcopum E-
broicensem inCardinalem si Prag-
maticam de consensu omnium
Parlementorum penitus abrogan-
dam procuraret ; Rex verò dolo
& industriâ ejusdem Episcopi al-
latus Papæ illud concessit quod
optandum habebat, jussitque litte-
ras abrogationis Pragmaticæ ex-
pediendas , quibus nihil aliud
deerat nisi Senatus Parisiensis ap-
probatio

1467.

Interim Balua Cardinalitii ga-
leri repromissione innixus , quam-
vis talem profiteri se non aude-
ret negotium Litterarum Regia-
rum , abrogationis Pragmaticæ
probandarum suscepit , quâ de
causa Parisios venit ; Castelletto
adfuit in cuius scriniis litteras
abrogationis Pragmaticæ inscri-
bi jussit , & in ejus negotii execu-
tione nullam contradictionem pas-
sus fuit , sed in Curia Parlamenti
majorem obicem sortitus est.

Etenim Vacationum tempore
Curiam congregari curavit , cui

Litteras Regias obtulit decrevitque Curia Procuratori generali exhibendas.

Eo tempore Joannes de Sancto Romano Procuratoris generalis munere fungebatur, sed enim animi constantia quam in eo negotio professus est, magni hominis gloriam addidit in Annalibus Gallicis.

**Annales
Britan-**
**niae M.
Alani
Brocar-**
**di lib. 4.
ad an-**
1467.

In primis declaravit se præcisè adversantem probationi litterarum, & protestatus est Pragmaticam-Sanctionem ex matura liberatione habitam, secundum Decreta Sacrorum Canonum, ut obviam iretur maximis incommodeis, quæ ruinam Regno imminentem comminabantur.

Præ ceteris illud admonuit abrogationem Pragmaticæ præcipuum modum inferre expellendiarum electionum, & collationum Ordinariorum, & instaurandarum reservationum, & gratiarum expectativarum, & in consequentiam evocationum Causarum in Curia Romana.

Et hinc fore originem contur.

bationis status Ecclesiastici per
inversionem veteris Ordinis , ex-
tructiōnē juris eligendi , quod
Capitulū de jure competit , nec-
non presentandi , quo i patronis
quaesitum , sed & conferendi ,
quod collatoribus Ordinariis , &
tandem ad illud inducendum ut
in Curia Romana de omnibus cau-
sis notio haberetur , occasione
omnium harum gratiarum.

Et ex primo capite secundum
constantissimè sequebatur , quod
in eo erat ut plures Regnicolæ
Romim se transferrent , alii ut
Cardinalium famuli tui & obse-
quio inservirent , alii Curialibus
& eorum favore easdem gratias
obtinerent , alii ut Officiariorum
munere fungerentur , & cætero-
rum infinita multitudo , ut nego-
tiorum suorum ibidem executio-
nem prosequerentur , quæ per am-
bos integros trahebantur , quod
& Universitates Regni privabat
viris capacibus , ut Officiis , &
Muneribus tam Justitiæ quam Ec-
clesiasticis defungerentur , & in
eo potissima ratio fuerat sancien-

42 HISTORIÆ
dæ Pragmaticæ.

Sed & illud tertium incommodum Procurator generalis subnotavit , ex approbatione litterarum proveniens , quod omnes Regni pecuniæ Romam transverherentur , tum propter vacantias taxationes , gratias expectativas , profectiones , & infinitas alias impensas quas subditi Regni subire cogerentur.

Illud etiam quod uno eodemque tempore obtentæ fuerant à pluribus impetrantibus decem aut duodecim Bullæ expectativarum pro uno eodemque beneficio , propter quas iisdem impetrantes aut ipsi Romam profecti fuerant aut quosdam miserant , ut gratias sibi impetrarent.

Principù verò subnotavit quod per triennium quo Pragmaticæ Sanctionis observatio , temporibus Pii II. interrupta fuerat viginti duo Episcopatus in Francia vacaverant propter quos viginti supra quingenta millia scutorum Romam delata fuerunt necnon sexaginta , & altera Abbatiarum

vicaverunt , quarum occasione totidem summæ transvectæ fuerant.

Præterea illud etiam inspectum , quod eadem durante cellatione , centum & mille scuti è Francia Romam delati fuerant , ad obtinendos Prioratus Decanatus , præposituras & alias dignitates electivas , pede & baculo Pastorali carentes , quod etiam ratione singularium Ecclesiarum Parochiarum quæ vacaverant obtenta fuerat ad minus una expectativa quæ viginti & quinque scutorum muneratione impetrata fuerat , ultra infinitas alias gratias & dispensationes quarum enumeratio habita fuerat ad duo milliaria scutorum .

Necnon addidit Procurator generalis Regem adstrictum esse ad defensionem Jurium , Libertatum , & Authoritatum Ecclesiarum sui regni , quarum erat præcipuis fundator & custos , quodque per continuam observationem Pragmaticæ & Sanctorum Ecclesiæ Decretorum maximis in-

commodis mederetur , & iis de causis & rationibus Procurator Generalis obstitit approbationi earum litterarum.

Interim Balua exulceratus propter Procuratoris generalis processum , eidem comminatus fuit se indignationem Regis incursum quod munere suo eumdem exueret , de quo Procurator Generalis (hæc sunt verba Historiographi) Regem ipsi munus & officium liberius concessile quod ad voluntatem ipsius Regis exerceret , & quando vellet ipsimet adimere posset.

Sed tamen illud sibi firmioris & constantioris animi esse , omnia in perditionem vertere , antequam quidvis exequeretur , quod saluti animæ suæ obesse advertebat , quodque in damnum Regni vel Reipubl icæ verteretur , dixit que eidem Baluæ , quod cum pudere deberet talis negotiis expeditionem prosequi .

Rex verò ad instantiam Baluæ , Procuratori Generali munus ademit , verùm aliundè & etiam

PRAGMAT. SANCT. 45
cumulantius secretô tamen eidem
satisfecit, ut habent Annales.

Interim Academia Parisiensis
propter hujusce negotii prosecu-
tionem permota Rector Legatum
adiit eidemque declaravit quod
ab impetratōne, effectu & execu-
tione earumdem litterarum Uni-
versitas provocabat ad futurum
Concilium, & ubicumque com-
modum foret, Rector etiam in
Castelletto Parisiensi declaravit;
adeò hoc tentamen Pontificium
minus utile fuit Summo Ponti-
fici.

Verùm Ludovicus XI. cum ma-
ximo odio prosequeretur fratrem
suum Aquitanicæ Ducem admoni-
tus fuit, ipsum in Curia Romana
prosequi dispensationis expedi-
tionem, ut filiam Ducis Burgun-
diæ consanguineam uxorem du-
ceret, cuius expeditio Papa se
minus facilem exhibuerat, cum
refciret Regem ejusdem nuptiis
minime consensurum.

Sed enim ut de intentione sua
certiorem redderet Summum Pon-
tificem ei delegavit 4. mensis No-

1471. vembris 1471. Oratores suos Guil-
lelmum Compagni Senatorem Pa-
risiensem , Antonium Raguier ,
unum ex Secretariis.

Verum Rex mandatis quæ suis
Oratoribus demisit , testatus in-
tentum animum ut fratri consiliis
obviam iret , variisque mo-
dis usus est , ut suaderet Papæ
ea omnia exequi quæ placebant ,
& interea ut Sanctitati suæ ad-
hiberet Bulla consistorialiter ex-
pedita declarare omnes dispensa-
tiones quas ejusdem frater aut alii
ejusdem nomine impetrassent ,
aut impetrare poterant nullius
fore roboris vel momenti .

Sed enim illud exequendo
promittet vita sua durante ne-
quaquam admissurum vel admit-
ti permissurum Pragmaticæ-Sanc-
tionis usum , & in re promissio-
nis observationem suas Patentes
Litteras , in meliorem formam qua-
decerni potuerint editurum .

Et cæ sunt verba Oratorum ,
mandatis inscripta quibus addi-
dit eosdem Oratores in anteces-
tum quascumque cautiones in ea-

rum rerum observationem firmandam dare posse.

Verum Pragmatica - Sanctio post tot incursum ab ipsomet Rege datos inobservata manebat in plurimis Articulis, nam illud habetur anno 1478. Regem plurium Magnatum, & Procerum concessum in civitate Aurelianensi convocasse ut Pragmaticæ - Sanctionis restitutioni studerent, neve vacantiarum pecunia Romam deinceps apportarentur.

^{1478.}
addit
ad Mon.
steletiū

Et in eo concessu Dux Borbonii Dominus Bellijoci qui Dominam Annam Franciæ, Regis filiam uxorem duxerat nomine Regio præfuit assidente Petro Aureolo alias Doriole, Cancellario Franciæ, illud tamen suo effectu caruit & convocatio Lugdunum remissa, sed interrupta propter bellum in Comitatu Flandrensi ingruens.

Interim Rex Ludovicus post tot conatus abrogandæ Pragmaticæ - Sanctionis habitos, è vivis excessit anno 1483. cui Carolus VIII. filius successit.

Sed enim in euntes ejusdem imperio trium Regni Ordinum Statutis Turonis convocavit in quorum concessu instantius petita observatio Decretorum Conciliorum Constantiensis, & Basileensis secundum acceptationem & modificationem Biturigibus factam Praesidente Rege Carolo VII.

Et hi sunt ipsissimi termini inscripti in mandatis quae continent trium Regni Ordinum submissions habitas in id, si Papa observatione Pragmaticæ-Sanctioni sese gravatum doleret, sese libenter assensuros his omnibus quæ Concilio generali proximiori Decreta fuerint.

Sed & in quadam Relatione Convocationis eorumdem Regni Ordinum habita & scriptis demandata à quodam delegato habetur, tertium Regni Statuum Ordinem proposuisse restitutionem integrarum Pragmaticæ-Sanctionis, multum imminutæ, regnante Ludovico XI.

Interim Prelati jussu Ludovici XI. promoti contra formam Pragmaticæ

Pragmaticæ huic propositioni fortiter obstiterunt , tertio Regni Ordine in contrarium obnitente , & tanta contentione , ut etiam ad extrema devenerint contra quosdam Prælatos quos (Regios Episcopos nominabant) quia minus canonice promoti fuerant , eosque accusabant quod S. P. gratiam occuparent ut Cardinales crearentur.

Quidem ex tertio Regni Ordine in quadam contentione quæ commota fuit coram Cardinale Lugdunensi , ubi aderat Cardinalis Turonensis ; proposuerunt defensionem Pragmaticæ in singulis articulis suscipiendam , & illud probandum ejusdem observationem necessariam esse.

Interim Procurator generalis à Sancto Romano , suo muneri restitutus , huic contentioni adfuit coram deputatis Concilii Regii qui publicè asseruit se muneri Procuratoris subeundo addictum sui etiam muneris esse ut inspiceret , quid Regni commodo tentaretur , nullam aliam se recog-

50 HISTORIA

noscere legem aut constitutionem Ecclesiasticam quæ proprius Regno conveniret quam Pragmatica, quæque sibi magis probanda foret.

Hujus enim Legis sacræ interventu & executione id efficiebatur ut Regni pecuniæ nequaquam extra Regnum asportarentur, electionum forma ad veterem & Canonicum eligendi modum reducerentur, Regemque ipsum tantas sibi consolandi ratione ex ejusdem legis usu mutuari, ut decrevisset ejusdem observationem prosequendam, seque inhibere, ne Prælatorum in clamations exaudirentur, necnon etiam illud declaravit; ut si à Rege deputatis suis conquestionibus non faverent se ad Curiam Parlamenti provocaturum.

Verum etiam in instrumento provocationis à Joanne Nantodorensi alias de Nanterre, Procuratore generali emissæ à legatione Cardinalis Baluensis anno 1474. Illud unum asseritur, Pragmaticam-Sanctionem sanctam le-

PRAGMAT. SANCT. §
gem habendam , & in Regni com-
modum custodiendam.

Sed enim Rege Carolo VIII.
regnante ad electiones Episcopatu-
m vacantium omnino proces-
sum est , & si de elect one habi-
ta controversia moveretur, Parla-
menti Curiæ partes erant ut con-
tentioni decisionem redderet &
in id habentur arresta de Epis-
copatu Tutelensi anno 1485. & de
Episcopatu sancti Flori anno
1486.

Verum & Curia Parlamenti
ulterius processit , namque tot &
tantis obstaculis exclusis 28. Au-
gusti anno 1494. convocatis singu-
lis Parlamenti decuriis conclu-
sum fuit Regi deferendum exem-
plar Litterarum Regiarum ; qui-
bus inhiberetur ne Romam pe-
cuniæ conferentur vacantiarum
Annatarum sive provisionum ex-
pediendarum , vel exolvendarum
occasione , vel aliis de causis per
Pragmaticam condemnatis.

Sed etiam altero Curiæ Par-
lamenti decreto quibuscumque ve-
titum fuit ne impetrarentur ulla-

tenus Bullæ Apostolicæ omnium
fructuum reservationem conti-
nentes , necnon regressus ad Be-
neficia ut contrariæ & repug-
nantes sanctissimis decretis , Re-
gis constitutionibus necnon Prag-
maticæ-Sanctioni.

1488.

Verumtamen Innocentius Pa-
pa VIII. mandatis & documen-
tis quæ Nuncio suo dimisit anno
1488. exhibens omnes clades &
incommoda quæ eadem Lex Reg-
no inferebat , illud unum expre-
sus præcipit , ut Regem Carolum
VIII. urgeret , ut executioni man-
daret quod à Rege Ludovico XI.
in abrogationem Pragmaticæ san-
ctum fuerat.

Sed & illud observavit , Prag-
maticam-Sanctionem eductam , &
compositam , ex quibusdam Con-
cilii Basileensis articulis tunc mi-
nus canonice convocati & post-
quam Ferrariam translatum fue-
rat.

Præterea iisdem mandatis &
documentis Nuncio creditis de-
claravit Regem Carolum VII.
Pragmaticam-Sanctionem ad Si-

nodi Basileensis Patres deferri
jussisse, ut ejusdem confirmatio-
nem obtineret, necnon Heliam
Cardinalem Turonensem in trac-
tatu quem edidit contra Pragma-
ticam, scripsisse Concilium ei-
dem Regi Carolo VII. denegar-
se approbationem Pragmaticæ.

Verum cum Ludovicus XII.
Regno successisset mortuo Caro-
lo VIII. pariter & successit menti,
& consilio à prædecessore suo ha-
bito ejusdem legis observationis
inducendæ quinetiam anno 1499.
edicto sanxit eandem perpetuò
servandam exinde plura haben-
tur Arresti, quarundam impe-
trationem Bullarum condemna-
runt quod datæ fuissent contra
Sacro-sancta Basileensis Synodi
Decreta, Pragmaticam - Sanctio-
nem, Constitutiones Regias, Pri-
vilegia Regni, & Libertates Ec-
clesiæ Gallicanæ.

Sed & hic ordo observatus fuit
ad annum 1512. quo ultimum
tentamen contra Pragmaticam-
Sanctionem habitum est, in Con-
cilio Lateranensi Romæ celebra-

1499.
1501.
1502.

1515

to, Sedente Julio II. contra Re-
gem nostrum Ludovicum XII. &
illud Concilium in id tantum vi-
detur congregatum à Summo Pon-
tifice ut ejusdem legis abroga-
tionem sanciret.

Namque ejusdem Pragmaticæ
Sanctionis Decreta dupli ratio-
ne adversabantur Monarchiæ Pa-
pali, quia extra quod illud exem-
plum inducebat privandi Summum
Pontificem collatione Beneficiorum
quæ est præcipuum funda-
mentum potestatis, memoriam
Concilii Basileensis servabat, & sic
submissionis ejusdem Concilio ge-
nerali sancitæ.

1512

Interim Julius II. cum publica-
ri jussisset Bullam indicendæ ter-
tiæ sessionis ejusdem Concilii men-
se Decembris 1512. rescidit ea om-
nia quæ Cardinales, Pisani, Me-
diolani & Lugduni decreverant,
etiamnum impositionem decima-
rum Regno Franciæ ab eis fac-
tam, necnon renovavit Bullas
quibus pròpter favorem, & pro-
tectionem Concilio Pisano datam
Regnum Franciæ interdicto sub-

PRAGMAT. SANCT. 55

miserat Regemque ipsum quos-
dam Prælatos , necnon Officiales Gobel.
Regios , excepto Britanniæ Duca lib. 3.
tu , quia ejusdem Pragmaticæ pag 156
Sanctionis Decreta neutiquam ad-
miserat & specialiter contra ci-
vitatem Lugdunensem decrevit ,
necnon ejusdem utrius Nundinæ
transferri jussit.

In sessione quarta habita 12.
Decembris anni 1512. Papa à 1511.
Secretario Concilii perlegi jussit
Litteras Patentæ Regis Ludovi-
ci XI. abrogatorias Pragmaticæ.
Sanctionis de quibus supra men-
tio habita est , & statum à lectione
habita , Concilii advocatus , Cathe-
dram concendit , sermonem ha-
buit contra Pragmaticam & ejus-
dem revocationem postulavit &
monitorias litteras decerni contra
Prælatos , & Capitula Franciæ
necnon contra Principes & Cu-
rias Parliamentorum , & alios ut
adessent Concilio , allegaturi ra-
tiones quibus abrogationem sit ne-
dam habebant.

Sed & Promotor Generalis ;
Concilii candem postulationem

HISTORIA

habuit, & Papa suas litteras monitorias publicari jussit, postulationibus congruentes decernendo quosque fautores Pragmaticæ qualiscumque fuerint, Reges & alios ad diem & terminum 60. die rum vocandos ad Concilium & quod & idem Concilium approbavit.

1513.

Verum Julius II. è vivis excessit 26. Februarii anni 1513. Leo X. in Episc. locum electus est qui Concilium persequendum curavit & quintam sessionem inchoavit nechon prologavit tempus & diem inditum à prædecessore iis qui Pragmaticam-Sanctionem defendere volebant.

In septima sessione quidam Prælati deputati fuerunt ut plura negotia habenda discuterent & examinarent & 28. nominati in ipsum Pragmaticæ negotium discutiendum.

Interea Rex Ludovicus XII: Oratores suos ad Concilium Lateranense demandavit cum potestate & mandato declarandi Dominum suum adhærere Concilio

Lateranensi & dimittere Pisanum ab eo die quo Julius II. decesserat Regique Oratores erant Cardinalis sancti Severini , Claudius Sesselius Massiliensis Episcopus & Ludovicus Forbinus Domini Solierii.

Interim Oratores Regii Romanam advenientes assidente Concilio actum effici curarunt quo declararent mentem & Concilium Regis , & quod contingente Iulii II. decessu omnes suborti odii suspiciones evanuerant; seque Concilio Pisano amodo renunciare & Lateranensi adhaerere tanquam legitimè convocato necnon nomine Regio promiserunt sex Praelatos emissurum & quatuor Doctores ut sese Summo Pontifici exhiberent renunciaturi expressius dicto Concilio Pisano.

Sed Oratores Regii quorumlibet eorum nomine qui dicto Concilio adhaerant absolutionem rogavere sed illud etiam promisere Regem delegaturum Praelatos ad Concilium sicut ceterę orbis Christiani Nationes illaque submissos

nis Regiae & Oratorum promis-
sionis actus perlectus fuit in ter-
tia sessione Concilii & ipsem
Rex confirmavit, Litteris Paten-
tibus de die 26. Octobris anni
1513.

Verum etiam Episcopi cum via-
rum liber nondum pateret adi-
tus miserum Procuratores qui su-
miles submissions Concilio exhibe-
rent eorumdem nomine petie-
runtque absolutionem propter de-
negatam Concilio Lateranensi
promptiorem obedientiam, eo-
rumque professionis actus habetur
in 9. sessione Concilii, & inter-
im Summus Pontifex prorogavit
Episcopis Galliae tempus sistendi
se Concilio usque ad proximam
sessionem, & interim decrevit
omnes Sensuarum illatarum ef-
fectus suspendi.

Interea Rex Ludovicus XII.
e vivis excessit die 1. Januarii an-
no 1514. eique Franciscus I. Rex
successit illeque Princeps junioris
ætatis elatoque animo in Italiam
transiit, hostium victor evasit &
cum Papiæ resideret rescivit ab

Oratore suo Domino de Soleris
Romæ residente Papam necnon
Concilium Lateranense , tandem
decrevisse citationem perempto-
riam & ultimam contra Regem
& Ecclesiæ Gallicanæ Prælatos
ut proponerent rationes propter
quas Pragmaticam - Sanctionem
defendendam crederent.

Sed & Rex Oratori suo rescrip-
tit , paucis diebus se ad Summum
Pontificem quendam emissurum ,
qui citationi Pontificiæ satisface-
ret , vel alias habendas proposi-
tiones Concordatorum in utilita-
tem Ecclesiæ Gallicanæ expone-
ret.

Verum cum Papa responsum
Regis rescivisset , quod quidem
viam aperiebat ineundæ Concor-
diæ , Regi nunciari jussit se sum-
mopere exoptare , ut invicem &
personaliter conferrent antequam
in Gallias rediret seque Bononi-
am progressurum si Regi allu-
beret illuc procedere , & hæc qui-
dem conditio à Rege admissa &
probata extitit.

Tracta-
tus con-
cordato-
rum.

Sed enim cum Rex illud me-

tueret, ne Summus Pontifex consilium mutaret ad eum allegavit charissimum virum Gouiferium Dominum de Bonnivet, & Joannem Puteanum Senatorem Tolosanum, ut eum suæ mentis certiorem faceret, & interim Bononiam processit, quo dimisit Dominos Lautrecum & de Trimolia, ut cum Ministris Pontificis conveniente modo, quo coram Sommo Pontifice admitteretur.

Rex vero solemní pompa admissus Bononiæ die 11. Decembris quo Summus Pontifex quatuor ante diebus accesserat, Primates urbis obviam ineunt Regi, Papæ Commensales & domestici & Officiales & 22. Cardinales.

Rex interim admissus fuit in Palatio in quo Summus Pontifex aderat, & prandio habito processit in Aulam & Cameram ubi Papa consistorialiter assidebat, sed cum Rex sese inclinaret ut pedes Summi Pontificis deoscularetur manu extensa erexit, & osculum ori Rgio adhibuit.

Tunc vero Cancellarius Prae-

PRAGMATIC SANCT. 68
tensis præstitus filialem obe-
dientiam , sermonem latino idio-
mate habuit coram Summo Pon-
tifice & eodem sermone Summus
Pontifex elocutus surrexit Regem
manu apprehendens & in Came-
ram admisit.

Sed & post quosdam congrega-
sus & colloquia hinc inde habi-
ta , Rex Summo Pontifici preces
habuit ut dimitteret processus
abrogandæ Pragmaticæ-Sanctionis
habitos , sed ut eam confirmaret;
quod utique Summus Pontifex
abnegavit sed ei dixit satius fo-
re ut novum tractatum inirent ,
& in eam conventionem ineun-
dam Summus Pontifex delegavit
Cardinales de Ancona , & Sanc-
torum quatuor , Rex vero Can-
cellarium suum nominavit.

Mox vero Rex è Bononia ab-
cessit dimittens ibi Cancellarium ,
ut de conditionibus tractatus co-
ram Ministris Summi Pontifici
conveniret qui paucis diebus con-
clusus fuit , & subscriptus à duo-
bus Cardinalibus & Cancellario ,
qui ad Regem detulit , qui Me-

Sed & Rogerius Barmensis Advocatus Regius in Parlamento Romam demissus fuit ut componeret leviores quasdam difficultates, quæ supererant longioribus dissentionibus pacatis, cum mandatis ut conventionis habita probationem à Concilio Lateranensi obtineret ut quaslibet Bullas convenientes & necessarias impetraret.

Papa vero postquam tractatu conclusionem addidisset decimam in Concilio sessionem habuit in qua Bullam legi mandavit quæ tempus datum eis qui Pragmaticam-Sanctionem defendendam sibi proposuerant prorogatum fuerat usque ad mensem Octobrem quia erat ultimum & peremptoriū edictum.

Sed cum Oratores Regii ejusdem Bullæ lectionem exaudivissent, petierunt à Papa ne amplius urgeret Prælatos Galliæ, ut se Concilio exhiberent quia itinerum nondum liber patebat aditus, & cum cundi securitas daretur, non

defecturos mandatis Regiis, in id
datis ut Papæ voluntati satisfa-
cerent. Papa tamen illud repli-
cante liberum dari aditum per
Provinciæ regionem ad Genuen-
ses, seque id effecturum ut Ge-
nuenses securitatem itinerum da-
rent.

Verum illud dissidium effecit
ut Concilium de eo deliberatio-
nem iniret, plures nostrorum E-
piscoporum contumaciam incusa-
runt, & ultra progrediendum es-
se, quibus Promotor Concilii ex-
quendis institit, & condemna-
tionem publicandam contra Prag-
maticam, & tandem Papa decla-
ravit, quod si intra proximam
sessionem Episcopi Galliæ non
comparererent quæstionem decisu-
rum.

Tandem Bulla Domini nostri
Papæ Leoni X. Pragmaticæ-Sanc-
tionis revocatoria perfecta est de
data die 19. Decembris anni 1516.
& approbata in Concilio sessio-
ne II.

Sed enim Papa eadem Bulla de
Pragmatica - Sanctione elocutus

eamdem semper nominat Regni
Franciae corruptelam Bituricen-
sem longioremque narrationem
iniit; quod Julius II. & ipse met
diversas dilationes indixerant
competentes iis qui eamdem de-
fendendam tentarent: nullis ve-
ro Concilio comparentibus quod
tandem ejusdem revocationem
pronunciare coactus fuerat.

Sed & eō maxime quod con-
siderasset eamdem legem, quam
semper corruptelam appellat san-
ctam fuisse, & conditam ab iis
qui nullam condendi potestatem
& autoritatem habuerant eam
que continere regulas ceterarum
orbis Christiani regionum regimi-
ni obviantes.

Illudque subjunxit Regem Lu-
dovicum XI. eamdem abrogasse;
cum prævidisset autoritatem Se-
dis Apostolicæ oppugnantem, sum-
moque Pontifici, & Cardinalibus
modos & rationes præcidentem,
quibus negotia Ecclesiæ compo-
nerent in singulis partibus, &
quod tenderet ad dissolvendum
Disciplinæ Ecclesiasticae nervum

PRAGMAT. SANC^T. 65
& opponendam alteram Ecclesiæ
partem Sedi Apostolicæ.

Sed & illud addit se ne tantil-
lum quidem à pronunciando con-
tra Pragmaticam deflectere vo-
luisse, quod partem Decretorum
Concilii Basileensis contineret, &
quod sancta fuisse ad instantiam
Concilii ex eo quod totum quod
à Concilio desumpsisset erat san-
ctum post translationem ejusdem
Concilii, auctoritate Eugenii IV.
Papæ factam & quod abhinc
Concilium Basileense in Conven-
ticulum evasisset.

Verum & illud constantissimi
juris ait Papam potestatem & au-
thoritatem habere *in omnia Con-*
cilia indicendi, transferendi, &
dissolvendi, idque patere ipsis Sa-
cræ Scripturæ testimoniis Sancto-
rum Patrum necnon Summorum
Pontificum Decretis & ipsorum
met Conciliorum monumentis,
quorum Historias revolvit.

Et iis de causis se Pragmati-
cam-Sanctionem approbante Con-
cilio dissolvere & annullare &
quæcumque in ea continebantur,

simulque omnes consuetudines & usus ab ea invalescentes approbans, & innovans Bullam Bonifacii VIII. Papæ quæ incipit unam Sanctam sine prejudicio constitutionis quæ incipit meruit à Clemente V. editæ.

Necnon interdicit quibuscumque personis cujuslibet conditionis fuerint, sive Reges fuerint, sive Parlamenta Regis, sive alii Officiarii Regni Franciæ, ne amplius utantur eadem Pragmatica, quoquo modo, & quacumque ratione, seu in consequentiam vel aliter, nec etiam eamdem allegare, nec secundum illam judicare, vel etiam eamdem intra domos & loca publica servare.

Quinimo omnibus injunctum ut eamdem extrahi faciant ex scribiis & monumentis Regiis, & cæteris Actis publicis intra sex menses sub pœna contra omnes inobedientes excommunicationis majoris, & contra Ecclesiasticas personas privationis Beneficiorum cujuscumque conditionis fuerint & declarationis inhabilitatis pos-

fidendi quælibet Beneficia.

Et quoad sacerdotes personæ sub poena privationis Feudorum quæ ab Ecclesia Romana tenent vel altera vincula, & declarationis universæ infamiae & incapacitatis quorumlibet Actuum legitimorum, & quod erunt submissi poenis in quas incurruunt laesa Majestatis rei, cuius absolutionem ab alio quam à Papa obtinere nequaquam poterunt, nisi in articulo mortis.

Verum hæc Bulla assidente Concilio perlecta est, & à singulis Concilii Patribus approbatæ unico Episcopo excepto, qui in contrariam opinionem abiit, quique dixit quod non placebat sibi revocatio illorum, quæ habuerunt originem à Basileensi & Bituricensi Conciliis seu conventiculis.

Sed enim Papa potentiori modo & ratione uti non potuit ad abrogandam penitus Pragmaticam-Sanctionem quam auctoritate Concilii, extra ternos consensus Regum nostrorum abrogationem Pragmaticæ approban-

tum ; & tamen nec possibile fuit Summis Pontificibus nec Regibus ipsis , ejusdem legis memoria abolere in ditionibus suis , nec etiam illud impedire ne Parlamenti Curiæ & alia Tribunalia ejusdem Sanctionibus uterentur.

Verum enim sub ipsa abrogatione Pragmaticæ assidente Concilio publicata habetur in Registris Curiæ Parlamenti Ad vocatum Regium cognominatum *le Lievre* , cum rescivisset omnia quæ Romæ decreta fuerant , declaravit ineunte Parlamento post Festum sancti Martini anni 1516. se provocare & appellare à Sententia & Decreto cassationis & revocationis & abrogationis Pragmaticæ.

Datum
Romæ
16. Au-
gusti
1510.

Igitur post celebrem illam legis Galliæ revocationem Papa per legi jussit & approbari à Concilio Lateranensi in sessione II. tractatum quem Bononiæ componi curaverat inter se & Sedem Apostolicam ex una parte , Regem & Regnum Franciæ ex alte-

ra , quem apud nos Concordata appellamus necnon inseri curavit inter Acta Concilii , cum eorumdem partem faceret cuius regulis in posterum Francigenæ subjici & Regi deberent in decisionibus Controversiarum Beneficialium & Ecclesiasticarum.

Sed enim illa Concordata ex majori parte composita fuere ex Decretis Pragmaticæ & eodem ordine , quorum alia omnino abrogata fuere , & alia suis locis inscripta , alia partim immutata , alia de verbo ad verbum ex ipsam Pragmatica-Sanctione trans juncta .

Primus igitur Articulus Concordatorum pertinet ad electiones , & id habet . Quod in posterum Capitula Ecclesiarum Cathedralium (vacante Sede) non amplius ad electionem Prælatorum procedent , sed quod vacatione occurrente , Rex nominabit Summo Pontifici Doctorem in Theologia aut licentiatum in ætate 27. annorum , ad minus intra sex menses à vacatione ut instituatur à Papa .

Sin vero Rex minus capacem nominaverit postquam admonitus fuerit, intra tres menses alium nominabit, alias Papa providebit; quod & ipse Papa providebit de Episcopatibus corum qui in Curia decellérunt, non expetata Regis nominatione qualcumque electiones quæ habebantur in præjudicium hujus conventionis nullas declarando, exceptis tamen nec in Decreto comprehensis Regis consanguineis, illustrioribus personis, religiosis mendicantibus, majoris eruditionis.

Quoad vero Abbatias & Prioratus Conventuales verè electicos, eodem modo utendum quod circa Episcopatus, excepto astatatis termino qui reducitur ad 23 annos.

Sin vero Rex ad Prioratum regularem sacerdalem personam nominaverit vel regularem alterius Ordinis professum vel minorem 23. annorum, interim Papa approbationem denegare poterit eoque modo utetur & expedienti ratione quâ circa Episcopatus

P R A G M A T . S A N C T . 74
uti debuit , nec derogatum in-
telligitur permissionibus & privi-
legiis specialibus quæ habent qua-
dam Capitula eligendi

Secundo item Articulo Con-
cordatorum sublatæ sunt & abro-
gatae gratiæ expectativæ speciales
vel generales , & qualibet re-
servationes ad vacatura Benefi-
cia.

Tertius item Articulus est de
collationibus & præbenda Theo-
logali Graduatorum ; materia tum
simplicium , tum nominatorum ,
clarior expedita , sed & devolu-
tio ad Sedem Apostolicam De-
creta in casum quo ab ordinariis
legi Concordatorum non satis
fieret.

Quarto item Articulo conven-
tum quemlibet Papam posse man-
datum Apostolicum concedere ad
effectum providendi de Beneficio
unico à Collatore ordinario qui
habuerit decem & de duobus ab
eo Collatore , qui habuerit 50. &
ultra , qui præferri habeant ipsis
Graduatis , & ex eo Papa utere-
tur præventione sed & forma

Mandatorum Apostolicorum inscripta in Concordatis ut de verbo ad verbum à Summo Pontifice servetur , & conventum in qualibet provisione Beneficii , verum & annum valorem exprimi debere , alioquin gratia nulla sit.

Quintus Articulus est de causis ; & appellationibus statutum , debere à Judicibus delegatis in partibus terminari , exceptis majoribus causis in Jure expressis , idem sanctum in Pragmatica , præterea statutum Judices intra biennium lites terminare debere .

Sextus Articulus de pacificis possessoribus .

Septimus de Concubinariis .

Octavus de non vitandis excommunicatis .

Nonus de Interdictis .

Decimus sublatio Clementina quinque litteris quoad Annatas & numerum Cardinalium ne verbum quisimiles in Pragmatica .

Cardinalis Sanctorum quator alter ex Delegatis Summi Pontificis ad conferendum cum Delegatis Regiis ,

Regiis, Cartham quandam subsi-
gnavit cum Domino Parmensi
Advocato Regio quâ ultra præ-
cipuos Articulos in Concordatis
habitos Papa concessit Regi fa-
cultatem nominandi durante vi-
tâ Ecclesiis & Monasteriis Britan-
niæ & Provinciæ ditionum, adeò
ut si per Regem liqueret, Pa-
pæ Prædecessores quædam privi-
legia concessisse Comitibus Pro-
vinciæ eadem Papa confirmatu-
rum.

Papa vero promisit se delega-
turum in Gallias Legatum Apo-
tolicum, ut taxas Beneficiorum
Galliæ cum Deputatis Regiis
componeret ut ex eo pateret ve-
rus Beneficiorum valor, Regi
item promisit se breve Apostoli-
cum concessurum, nominandi ad
Beneficia Ducatus Mediolanensis,
non comprehensis tamen minori-
bus Beneficiis.

Item Papa concessit Regi de-
cimam dimittens ad libitum Re-
gis ut aliquid expensarum & sol-
licitudinis insumeret in ædifica-

tionem Ecclesiae sancti Petri, nec non absolutionem impertitus est iis qui pecuniarum aliquam partem habebant à Cardinale Rothomagensi collectam, & eamdem generalem absolutionem omnibus Gallis excommunicationum à Julio II. indictarum.

Interim cum Parmensis Advocatus Regius negotium sibi demandatum conclusisset, necnon Rex admonitus ab Oratoribus suis Romæ residentibus de approbatione Concordatorum à Concilio Lateranensi habitâ, sed Episcopus Tricaricensis novissimè promotus ad Episcopatum Bajocensem factus fuit Nuncius Apostolicus Papæ, Regi Parisiis degenti obtulit duos libros subsignatos necnon plumbo sigillatos quorum alter erat Concordatorum à Concilio Lateranensi comprobatorum, quiique coopertus erat cerico Damasco albi coloris.

Alter vero erat liber Actum continens revocationis Pragmaticæ, coopertus panno auro incrustato, ~~cum~~ armis & insignibus in utro-

que libro Leonis Papæ decimi &
Regis ; Nuncius vero expetiit à
Rege utriusque Actus approba-
tionem & publicationem in Curia
Parlamenti habendam.

Rex vero cum utramque Bul-
lam recepisset , decrevit unicam
Concordatorum Bullam publican-
dam , quod vero revocationem
Pragmaticæ de ea nihil publica-
re voluit , sed antequam Concor-
datorum publicationem aggredie-
retur consilium habuit sistendi se
in Parlamento in quo convoca-
vit plures Episcopos & Prælatos ,
Præsides & Consiliarios Curia ,
Capitulum Parisiense , Doctores
in sacra Theologia , & Supposi-
tos Universitatis Parisiensis.

Rex itaque in Parlamenti sui
Curia sedens per Cancellarium
Pratensem exponi curavit Julianus
II. absque ulla legitima causa , sed
tantum ex eo quod Ludovicus
XII. Concilio Pisano favebat , &
aliquibus Italæ Principibus , &
in id potissimum ut eundem à
Ducatu suo Mediolenensi expelle-
ret , inimicum & hostem declar-

Princi-
pium
tentia-
minis
habiti
ut Con-
cordata
Curiae
Parla-
menti
scriniis
manda-
rentur.
1516.

ravit, quodque in eum censuris Ecclesiasticis processit, Ducatum Mediolanensem interdicto submisit, eidem declarando non tantum à Ducatu expulsurum, sed à Regno suo.

Quod & exequi tentavit convocatione Concilii quod Lateranense dixit cumdem declarando hæreticum & Schismaticum necnon confederationem incundo, contra eumdem Ludovicum Regem, cum Imperatore, Regibus Hispaniarum, & Angliae, necnon cum Helvetiis, dando eisdem directiones ejusdem Regis, quasi in depreciationm.

Enim vero executio fœderis ex producta est ut non tantum Ducatus Mediolanensis occuparetur, & dominatio Genuarum, sed & Comitatus Astenfis, & quod in Regno potentius oppugnatum fuerat, hostibus sibi viam facientibus, per Burgundia & Aquitanie Ducatus; necnon Picardia fines, illudque addidit Cancellarius Julio mortuo Leonem decimum successorem incepto

P R A G M A T . S A N C T . 77
operi institisse acrius.

Postea subdit idem Cancellarius, & observavit quemadmodum Rex insecurus fuisse, & contumax redditus in Concilio Lateranensi, propter dilatam Pragmaticæ defensionem cum tamen Concilio eidem insinuatum fuisse nequaquam Concilio deputandum in defensionem Pragmaticæ, cum certius resciisset, quidquid in defensionem ejusdem prolatum fuisse inutile futurum.

Cujus eventus certam hanc conjecturam addidit Cancellarius, quod ea Congregatio Laterani habita composita foret & coacta viris Curialibus, & Romanæ Curiae commodis maximè insistentibus, qui que Pragmaticam-Sanctionem implacabili odio semper prosecuti fuerant; quâ de causâ satius visum fuit, Pragmaticæ-Sanctionis abrogationem absque ulla defensione dimittem am.

Quid igitur si menti & proposito Concilii sese Rex submisisset lubentius, absque ulla moderatione id contingebat necessaria.

rio, ut Regum in eadem incommoda, & perturbationem incideret quæ ante Constantiense & Basileense Concilia invaluerant, vexatum reservationibus, & gratiis expectativis, & in finitis aliis clavigibus.

Sin vero eidem Concilio sese submittere renuisset ipsemet Rex, contra eumdem processurum Summum Pontificem censuris, & interdictis in ipsum & Regnum ipsius indictis, necnon Regni dictiones in prædam primo occupanti demissurum, prout executus fuerat ipsius prædecessor Julius.

Quæ quidem incommoda prævisa Regem ipsum ad id coegerant, cum se periculissimo Italiae bello immixtum videret, ut confederatos in se Principes dispergeret, pacem inire cum Summo Pontifice, cui quidem exequendæ non alias par esse poterat; quam Concordata cum ipsomet Summo Pontifice pacificando.

Ea vero Concordata ab Eccle-

lia Gallicana approbanda ipsum
met Regem promisso & publi-
canda apud Acta ipsarum Parla-
mentorum Curiarum , necnon ad-
didit Cancellarius ad Orationis
suæ conclusionem , Regem velle
& jubere publicanda & appro-
banda ipsamet Concordata.

Et hac quidem propositione &
sermone finito prælati , Canonici,
Doctores, & Suppositi Universitatis
seorsim accesserunt necnon Præ-
fides & Consiliarii Regii , Eccle-
siastici vero sermone habente Car-
dinale Boessiaco , dixerunt Con-
cordatorum materiam pertinere
ad generalem Ecclesiæ Gallicanæ
statum , sine qua Concordata nul-
tenus posse approbari.

Interim Rex indignatus re-
pondit se illis promissam Concor-
datorum approbationem facien-
dam omnino injuncturum vel eos-
dem Romanum remisurum ut cum
ipsomet Papa de approbatione
facienda vel abnegantia contine-
derent.

Præses vero Belletius ipsius Cu-
riæ Parlamenti nomine dixit se

80 HISTÓRIA

Curiæ relaturum quid Regiæ voluntatis esset, seque & Curiam ita in negotio progressuram, ut Deo simul & Regi satisfacerent, sed ad ea quæ à Præside Curiæ nomine dicta fuerant respondit Cancellarius gentes Curiæ prope sapere, cui Rex ipsem respondit ipsis negotium exequendum omnino & sine tergiversatione injuncturum.

3517. Post eam congregationem habitam, Rex Litteras Patentes expediri curavit, continentibus ipsam Concordatorum conventionem, quibus injunctum Curiæ Parlamenti & omnibus Regni sui Judicibus, & Officiariis, eadem custodire & observare, & secundum eorum tenorem judicare, manumque & curam apponere & adhibere, ut pleniori executione mandentur.

Deinde & aliquot diebus clapsis, Dux Borbonius Comes stabuli Franciæ, Joannes Albretus, Dominus aureæ vallis & Cancellarius Franciæ Parlamento afferunt, & congregatis singulis

PRAGMATICÆ SANCT. 84
Curiæ classibus , ipse met' Cancel-
larius exhibuit Litteras Patentes
Regis , quibus Concordata sub-
nixa erant , quædam ex iis quæ
coram Rege dixerat repetiit , &
in id conclusit Regem velle ut
Concordata perlegerentur , &
Actis Curiæ inscriberentur , prout
Summo Pontifici promissum erat ,
interim Curia statuit Triumviris
Regiis exhibenda .

Quintâ die Junii dimisit Cu- Junij
riæ duos libros in Pergameno
sub plumbo , uno continente
revocationem Pragmaticæ altero
Concordata , & mox ingressi
Triumviri Regii , & coram Can-
cellario ; Advocatus Regius le
Lievre , cognominatus quæ in
Concordatis continerentur reci-
tavit inconvenientia notavit ,
supplexque Curiæ petiit , ne pa-
teretur hac ratione libertatem Ec-
clesiæ Gallicanæ diminui nec
quod Annatarum solutione con-
cordatis permissa Regnum Fra-
nciæ pecuniis evacueretur , iterum
que petiit , ut Curia quosdam
uos Senatores delegeret qui Con-

cordata inspicerent quam in rem
Andreas Verius Nicolaus le Maître,
Franciscus de Loünes, &
Petrus Prudome, Consiliarii de-
lecti sunt 25. Junii.

25. Ju-
nii.

Decem diebus elapsis delecti
Senatores Curiæ renunciaverunt
Concordata inspexisse nec non re-
vocationem Pragmaticæ dixerunt.
que illud negotium notandi esse
eventū, sibique subjungi alios
Consiliarios conspectatores, &
alterum ex Præsidibus, in quam
rem Rogerius Barmensis Præses,
Nicolaus Dorigeri, Jacobus Mel-
nager, & Joannes de Selva Se-
natores cum quatuor Præsidibus,
inquisitionum Prioribus delectis
adjecti sunt.

22. Ju-
nii.

Vigesima secunda Junii Advo-
catus Regius *le Lievre* cognomi-
natus Curiæ dixit se Cartham re-
vocationis Pragmaticæ perlegisse
quæ erant ejusdem datæ ac Con-
cordata, illud petiit ut non ob-
stante hac revocatione Curia lites
Beneficiarias dijudicaret secun-
dum Pragmaticæ Decreta declara-
vit se antea ab ea revocatione

P R A G M A T . S A N C T . § §
provocasse & provocationi insis-
tere & libellum provocationis
eidem Curiae dimissurum.

26. Ju-
nii

Vigesima sexta Junii notus Sa-
baudiæ Regis Avunculus Cu-
riam nomine Regio adiit eique
Litteras Regias exhibuit quibus
Rex mandabat ut confestim pro-
cederet ad publicationem Con-
cordatorum necnon deliberatio-
ni ea de re habendæ, idem A-
vunculus præsens esset ut ipsi-
met Regi exponeret quæ propo-
nerentur publicationi habendæ
difficultates.

Interim Dominus notus Sa-
baudiæ ipsi Curiae Regium dolo-
rem exhibuit necnon eumdem
ægre ferre quod ipsa Curia tar-
dius ad publicationem Concorda-
torum procederet, necnon ea-
dem Curia apud Regem con-
questa est quod notum Sabaudiæ
ad Curiam emisisset ut delibera-
tioni adesset.

Sed & eâ occasione à Curia
delegati ad ipsum Regem Joa-
nes Ajus Præses inuestiarum &
Nicolaus Dorigni ejusdem Curiae

D v j

Consiliarius, de ea re apud Regem conquesturi ipsique Regi in ea verba præfaturi quod quædam violentiæ species subesset in eo quod metum quemdam Judicibus injiceret per præsentiam potentioris qui de græmio Curiæ non esset, cum & Delegati Consiliarii ad Curiam revertentes renunciaverunt, Regem æquo animo rationes Curia exhibitas exceptisse, sed & Regem ipsissimè dixisse in sua Curia viros probos adesse, sed & alios mihi qui stultorum more de eo conquerabantur, necnon de impensis Familia Regiæ, impendendis se Regem æqua dominatione potentem esse cum Prædecessoribus.

Necnon Regem ipsum addidisse gentes Curia Prædecessori Regis adulantes, Justitiæ patrem appellasse; seque velle ut justitia cum summo rigore exhiberetur tempibusque ipsissimè Regis prædecessoris viros quosdam extra Regnum allegatos, quod ipsi Regi obedientiam non præstissem, si quis libimet non obedi-

PRAGMAT. SANCT. 35
retur alios Burdigalam ablegatum,
alios Tolosas & in eorum
locum alios probos suffecturum.

Præterea velle Avunculum
suum deliberationi adesse ut ab
eo resciret quid inter deliberan-
dum diceretur Senatus vero jus-
tum credidit Regi obedire post
reclamationes habitas, negotium
inter partes dijudicandum non
subesse sed de conventione habi-
ta per Regem cujus exequendæ
difficultates volebat rescire seque
monitum haberri per notum Sa-
baudiæ.]

Opiniones igitur habitæ & in-
choatæ 13. Julii & insecutæ ad 24.
ejusdem mensis coram noto Sa-
baudiæ & tandem conclusum Cu-
riam nec posse nec debere man-
dere publicari nec scribiis inferi
Concordata, sed Pragmaticam
Sanctionem ut antea servandam
necnon audientiam præbendam
Academiæ Parisiensi & aliis quam
postulaverunt.

Sed & appellandum & provo-
candum ab Actu cassationis &
revocationis Pragmaticæ, sive

vellet Rex urgere publicationem Concordatarum necessarium vide ri Ecclesiam Gallicanam congregandam, ut Rex Carolus VII. coegerat quo tempore Pragmaticam - Sanctionem edidit, interim notus Sabaudiæ adjuvatus, ut ex fide omnia quæ habita fuerant Regi nunciaret.

Postea Rex Curiæ rescripsit ut quosdam ex gremio sibi emittent qui rationes & motiva Decreti referrent, & in id deputati Andreas Verjus & Franciscus de Loinés Senatores ut Regi intercessiones Curiæ exhiberent vel ex scripto vel vivæ vocis Oraculo proferendas.

**22. Au.
gusti
1517.**

Et hæ quidem intercessiones perlectæ sunt coram congregatis Decuriis, & delecti Senatores Regem adierunt qui Ambosiis ade-
xat & ibidem advenerunt 14. Ja-
nuario & sese primum obtulerunt
Domino Cancellario qui eisdem
tremisit ad majorem Domus Re-
giæ Ducem Nommeransium, qui
eisdem nunciat Regem dixisse
e corundem expeditionem pro-

P R A G M A T . S A N C T . 87
relaturum ut negotia Regia con-
cludenda protraxerant.

Postera die major Domus Mo-
moransius eisdem præfatus est Re-
gem ipsum jussisse propter nego-
tii pondus & momentum ut in-
tercessiones Curiæ ex scripto ex-
hiberent ex eo quod vellent eo-
rum participes habere cæteras
Regni Superiores Curias seu Par-
lamenta , quibus omnino satisfe-
cerunt , sed & sese exaudiendas
procurarunt , nec tamen impe-
trarunt , nisi ad ultimam Februa-
rii qua die Regi Curiæ obse-
quium exhibuerant , qui ex eo-
rum manibus intercessiones Cu-
riæ manu exceptit.

Præterea Rex ipse ab eisdem
postulavit utrum aliquid inter-
cessionibus ex scripto delatis ad-
dendum haberent ad irationes &
motiva eisdem exposita quæ per-
viderat & exaudiuerat , sed & ip-
summet perlegisse responsa quæ
Cancellarius eisdem adiungenda
habuerat.

Verum & delecti Senatores ip-
sæ Regi nunciaverunt nihil

amplius addendum habere intercessionibus Curiæ scripto delatis, quin vero si Regi placeret eosdem exaudire sese praesto habere dicenda quæ eidem Curiæ profrena mandaverat Rege ipsis dicente, inutile fore ut plura adderent cum accurate Curiæ intercessiones perlegisset.

Sed & Regi supplicaverunt ut responsa Domini Cancellarii intercessionibus Curiæ exhibita perlegenda haberent, quod & ipsis renuit eâ ratione quod diceret nolle processum verbalem ex commissis utrinque dictis componere; Curiamque suam ex centum capitum coadunatione constare quæ per septem menses & amplius peragendis intercessionibus invigilaverant, Cancellarium vero intra brevium tempus responsum protulisse necnon addidit, nolle processum verbalem in hoc negotio componere.

Interea Regem ipsum commotum eisdem dixisse unicum in Regno Franciæ Regem esse, sequere plurimum insudasse ut pacem

Regno conciliaret seque nolle ,
ut quod in Italia summi cura ad-
hibita peregerat , in ipso Regno
Franciæ discinderetur , curaturum
vero , ne in Francia Senatus ex-
dein potiretur autoritate , quâ
in Venetiarum Republica , Cu-
riam nihil aliud procurandum
habere , nisi ut justitiam coleret ,
& id potissimum impleturum ut
Curia Parlamenti Regni statum
ad extrema non perduceret , si-
cū temporibus Prædecessoris Re-
gis tentaverat.

Tandem id conclusit , se id
velle unicum ut Concordata ap-
probarentur , quod si Curia eum-
dem amplius contestaretur id exe-
cuturum fore , ut eamdem comi-
tari juberet ubicumque pergeret ,
sicut agitur cum magni Conci-
lli proceribus , nec amplius viros
Ecclesiasticos Curiæ admissurum ,
propter trianam rationem .

Quarum prima quod Viris Ec-
clesiasticis id videretur , inter Reg-
ni subditos non computandos nec
Regem audere ipsis caput ampu-
tandum jubere , secunda quod

potissimum eorum cura esset ut Episcopatus & Beneficia sibi conferenda procurarent, tertia quod circa Officium recitandum invigilare debent nec muneri Regio vacandum habent.

Verum Delegati Senatores responderunt creationem Curiae ipsius proposito obesse, ex qua responsione Rex indoluit id effatus Prædecessores Reges illud ita sanxisse, sed enim Regem esse, & aliud sancire posse & in contrarium ex voluntate aliud disponere posse, & in ea verba desit. Abite hinc & summo mane pergit.

Interim Delegati Senatores promptius pergere detrectabant propter viarum difficultatem, sed major Domus Regiae eisdem nunciavit ut citius discederent sibi que Regem edixisse, ut si dicta hora abire renuerent eos in carcerem allegaturum, ibique per sex menses detenturum, & postea invisum numquid aliquis de eorum libertate præfaretur.

Sed & reversi Delegati Senato-

res Curiae exposuerunt quid apud Regem eis contigisset & triduo post Dominus à Tremolia missus fuit ad Curiam hujus negotii expediendi causa , sed & Curiae exposuit quid in Italiv actum fuisset , & quibus difficultatibus conventum cum Papa , sed & dixit Regem Curiae intercessiones perlegisse , sed rationes Cancellarii potiores esse & magis accommodatis studi negotiorum expedientorum.

Insuper addidit sibi persuasum Delegitos Senatores ex veritate gestorum Curiae nunciasse quæ Rex eisdem Curiae dicenda mandaverat , quod si Concordata quam primum non publicarentur bellum acrius commissum in quam ante*ter* fuerat necnon in mandatis habere per Regem datis , ut iuberet publicari Concordata absque ulli opinionum commissione.

Sed & illud addidit quod qui Litteras Regias quis Curiae emitendas destinaverat perlegisset , statim inspecturum quantum Regis ira eferuisset , tandem illud

oportere Curiam dictis Regiis
obedire ut ceteri subditorum, &
ut à conspectu Regio abscedebat,
Regem decies intra unius horæ
quartam partem repetiisse, ne-
quaquam Sponsionem Regiam
violandam pati posse, imò conti-
nuò servandam.

Tandem in ea verba conclusit
se illud Curia nunciandum ha-
bere, quod si Regi obedire de-
trectaret, Regem id exequi jus-
furum fore de quo Curia indo-
leret, quibus dictis Jacobus Oli-
verus respondit Curiam super his
deliberaturam, seque sperare Re-
gem ex deliberatione Curiae sa-
tisfactionem relaturum.

Decima sexta Martii cum Curia
evocasset Triumviro Regios ora-
tuos de supplicatione habita co-
ram ipsa sibique oblata ab Aca-
demia Parisiensi quæ requirebat
se exaudiri à Curia ante ipsorum
Concordatorum publicationem,
illis in Curiam admissis primus
Advocatus Regius nuncupatus le
Lievre, dixit se & suos conso-
dales à Domino à Trimolja evo-

16. Mart.
1517.

catos , cum eis dimitteret Litteras Regias , eis voluntatem Regiam super publicationem Concordatorum indixisse , pro conclusione collationis cum eo habitæ , eisdem injunxisse nomine Regio , ut Concordatorum publicationi consentirent , alias contra eosdem ita processurum , ut ipsius Rex necnon iisdem Triumviris indoleret.

Sed & Orator seu Advocatus Regius nuncupatus *l. Lievre* , nomine Procuratoris Generalis dixit , plurimum sibi displicere modum quo Rex uteretur in isto negotio expediendo ; sed tamen plurimum attendere ad Regis iram , qui ad ea progredi posset quæ plurimum nocere posset ipsi Curiæ , Civitati Parisiensi , totique Regno , & ex quo maximum oritur scandalum .

Concordata de quibus agebatur voluntarium esse contractum inter solos Regem & Papam de Juribus Ecclesiæ Gallicanaæ quibus nequaquam derogare possint , cum ea Jura extra commercium ver-

4 HISTORIK

sentur ipsamque Concordatorum publicationem in consequentiam verti non posse cum Ecclesia nec vocata nec exaudita fuerit.

Quin & illud addidit quod si fieret publicatio in posterum singula reparari, & in melius reformari posse, sed illud quod ex defectu publicationis oriaretur damnum fore irreparabile, propter Comminationes Regias & duritiei temporis cedendum & ipsi inserviendum.

Sed & illud in Registris Curiae scriptum invenisse temporibus Ludovici XI. Regis & Pii II. Summi Pontificis cum aliquandiu Pragmatica non observata fuisset, tanta ex inobservatione enata fuisse incommoda, ut ipsem et Rex Procuratori suo mandaret, ut praeclaros Universitatis & Concilii Regis convocaret, qui decreverunt provocationem à Decreto abrogationis Pragmaticę emitendam, quæ & in ipsis Actis scripta, ideo in posterum Curiam posse emendare ea quæ ipsa Concordatorum publicatio damna pareret.

Sed & Regii Triumviri postu-

Iarunt ut si Curia progredi vellet ad ipsorum Concordatorum publicationem illud utique fieret , duabus adjectis modificationibus , de expresso Mandato Regis , iteratis vicibus facto , & quod Curia non intenderet probare Decretum ipsius Pragmaticæ revocatorium, sed tantummodo Concordata publicare.

Quoad Annatas, quia in Concordatis ea erat clausula inserta , impetrantes Beneficia teneri verum valorem exprimere sub pœna nullitatis impetrationis , quinetiam Curiam in observationem Concordatorum jurare , & secundum ea decernere iterum postulaverunt Regii triumviri , in mente Curiæ retinendum Curiam judicaturum , processus judiciarios , ut assueverant non attendendo ad expressionem veri valoris Beneficiorum.

Sed & illud insuper addiderunt Curiam Regi preces exhibere debere ut illud apud Summum Pontificem postularet & obtineret , ut numerum Officiariorum & in Curia Romana famulantium certum

96 HISTORIA
decernēret, quod ibidem causa rum
evocationem haberent.

18. Mart. Decima octava Martii Curia
convocatis omnibus decuriis De-
cretum emisit quo innixa fidei ha-
bitæ dictis Domini à Tremolia, de
Regia voluntate in negotio publi-
cationis Concordatorum statuit,
Decretum diei 24. Julii preceden-
tis & ultimi suum plenum & in-
tegrum sortiri debere effectum,
& publicationem Concordatorum
habendam fore, de expresso Man-
dato & iussu Regis nec vero Cu-
ria.

Quinimò ipsa Curia protesta-
retur quod nequaquam intenderet
publicationem approbare, & quod
processus Beneficiarii decideren-
tur juxta Pragmaticæ conclusio-
nes & Decreta ut solitum erat
ante Concordata, & quod in ea-
dem protestatione exponerentur
instantiæ & oppositiones per Cu-
riam habitæ in eo negotio, &
quod protestationi Grafarii Cu-
riæ & quatuor Ammanuenses sub-
scriberent.

Necnon Curia illud addidit ;
attent

attento quod ipsa tentasset omnia
quæ in se erant, ut ad Concordatorum publicationem non procederet, & quod ipsemet Rex publicationi semper institerat ut maius evitaretur incommodum, non alias effugiendum, Curia ipsum Dominum à Tremolia roga-
vit ut ad Regem scriberet, ut ipsi placeret emittere virum dignitatis & conditionis superillustris, qui publicationi Concordatorum habendæ presens esset, & quod super his scriberetur. *Lecta publicata & registrata ex ordinatione & præcepto Domini nostri Regis, iteratis viieibus facto, in præsentia talis ad hoc per eum specialiter missis.*

Decima nona Martii cum Curia 19. Mar. iii.
iterum rogasset Dominum à Tre-
molia ut ad Regem scriberet in ea
quæ ante ea dicta sunt, & ipsimet
dixit sibi convenientius videri ut
Rex delegaret Dominum Cancellerium, ut adesset publicationi
Concordatorum quod & ea foret
celebrior, quod illud novum &
insolitum haberi non debebat.

Verum Dominus à Tremolia ro-

gavit Curiam ut ipsummet excusatum haberet quod illud Regi nequaquam rescriberet, quod novæ dilationis causa foret, quod ab eo tempore quo Parisii advenierat Litteras Regias acceperat quas eidem Curiæ exhibuit; quibus Rex eidem mandabat ut ea omnia exequeretur quæ ipsi injunxit, illud addidit se unum in mandatis habere quod exequeretur prout ipsa Curia in negotio procederet.

Tunc primus Curiæ Praeses sollicitavit ut sibi injunctum à Rege Mandatum exponeret, quod tamen recusavit, sed dixit Curiam ab eo rescituram postquam de negotio proposito mentem aperuisset ipsamque Curiam instantius rogavit ut regi obsequeretur cum plurimum doleret illud exequi, quod in casum inobedientiæ prosequendum habebat.

Quamobrem cum Curia combinationes & impressiones superius expositas inspicret, cum & metueret ruinam & dissipationem congregati Senatus, inde totius

Regni desolationem, damna & pericula quæ privatis personis imminebant, & quod ipsi Curiæ impunitaretur si ex mora publicationis bellum enasceretur, & cum ipse met Rex sapientius dicendum manda- verat Regni tranquillitatem ex ipsa Concordatorum publicatione pendere, & cum omnia tentasset ut ad Concordatorum publicatio- nem non procederet.

Tandem tum palam & genera- lissim , tum privatim protestata est coram Episcopo Ligonensi , Duce & Pari Franciæ tanquam personæ publicæ vices gerente , se nullâ libertate uti posse ; & quod si aliqua publicatio Concordatorum haberetur , non fore ex ordinatio- ne & deliberatione ipsius Curiæ , sed ex Jussu Regio & invito , cum nequaquam Curia intenderet ipsa met Concordata approbare , neque suum publicationem sortiri effectum.

Nec amplius judicaturam aut definituram controversias judicia- les secundum eorumdem observati- onem , neque etiam ceteros Regi-

Eij



ni Judices, necnon ipsius Curiæ
mentem esse, servanda sanctiora
Ecclesiæ Decreta, necnon Pragma-
ticam-Sanctionem, & quod De-
cretum Curiæ de die 24. Julii pro-
ximè elapsi suum sortiretur effec-
tum.

Sed cum Curia rescisset Congre-
gationem Romæ habitam (quæ
Concilium Lateranense nuncu-
pabatur) omnia tentasse ut Pragma-
ticam-Sanctionem rescinderet, ex
cujus Decreto Procurator Gene-
ralis provocaverat omnium Regni-
colarum nomine, cum primum
Pragmaticæ cassatio ad notitiam
pervenisset, Curia cum eidem ap-
pellationi adhæreret denuo pro-
vocavit ad Papam melius consul-
tum, necnon futurum Concilium
generale legitimè congregandum
& ad illum & ad illos ad quem seu
ad quos petendo Apostolos instan-
tissimè à dicto Episcopo Ligo-
nenſi Pari Franciæ ipſi Curiæ pre-
ſente.

Et eos quidem Apostolos, dicit
Episcopus Ligonensis ad hono-
rem Dei Omnipotentis pro Eccle-

P R A G M A T . S A N C T . I O N
sæ Gallicanæ & Regni & Re-
publicæ præsidio & conservatio-
ne , concessit reverentiales & qua-
les de Jure & pro remedio opor-
tuno secundum temporis necessi-
tatem concedere potest & debet ,
illudque Curia amplius actum si-
bi authenticum confici postulavit ,
de toto processum ab Actuariis &
Ammanuensibus prædictis.

Cum dictus Dominus à Tremo-
lia diem sibi inductum accepisset
in 22. Martii ut ad publicatio-
nem habendam progrederetur ,
cum ipsius electioni illud Curia di-
misisset , eidem Curia dixit se illud
certius habere quod si aliqui in
Concordatis articuli haberentur
minus rationi congruentes Regem
illud procuraturum apud Summum
Pontificem ut emendantur , quia
inquit amicissimi sunt.

Vigesima prima Martii Rector
Universitatis comitatus undecim
ex suppositis , & munitus consilio
quod erat compositum ex tribus
Curiaæ Advocatis , libellum sup-
plicem Curiaæ obtulit , exponens
quod ei nunciatum fuerat , pu-

102 HISTORIA
blicationem Concordatorum tui-
geri, quæ tendebant in enerva-
tionem & destructionem liberta-
tis Ecclesiasticæ & Jurium Acade-
miarum Regni.

Sed & illud addidit in ipso li-
bello Curiam nondum Jus dixisse
alteri libello ab ipsa Curia obla-
to, in id ut corum oppositio pu-
blicationi Concordatorum admit-
teretur & eorum quærela exaudi-
retur: & quanquam exauditi non
fuerint, Concordatorum publi-
catio urgebatur necnon postula-
vit Rector se exaudiendum ante-
quam deliberatio haberetur de ul-
lo negotio publicationis Concor-
datorum.

21. Mat-
tii.

Quibus primus Curiæ Præses
exauditis dixit Curiam adhuc
quosdam emisisse ad Regem super
negotio Concordatorum, nec Cu-
riam adhuc rescire quid de his
agendum foret, nihilominus Cu-
riam ipsos advocasse: ut moneret
Academiæ oppositionem admissam
illiusque rationes oportuno loco
& tempore exaudituram.

Quinetiam si ad Concordato-

PRAGMAT. S A N C T . 103
rum publicationem procederetur,
nullum ex eo præjudicium Academæ
Parisiensi suborturum, necnon
Curiam controversias judiciles
definituram secundum Pragmati-
cæ Decreta ut ante publicatio-
nem consueverat illudque tamen
secreto haberent, necnon sibi
de eo ad Suppositos Academæ
sermo haberetur cæterum Cutiam
severius animadversoram in eos
ex Academia qui insolentius pro-
cederent.

Postera die 22. Martii congra-
gatis omnibus classibus, Decimis
Ecclesiæ Parisiensis comitantibus
pluribus Ecclesiæ Canonicis, acce-
dit ad Curiam summo mane, &
Curia propositionem habuit lati-
no Idiomate, quam eidem Curia
mandavit ut ex scripto dimitteret.

Verum ea propositio illud ha-
bebit Ecclesiam Parisensem illud
resculse publicationem Concordia-
torum nimis urgeri quod ex eo
pendebat abrogatio Conciliorum
Constantiensium & Basileensium
& libertatis Ecclesiæ Gallicanæ
destructionem, quod maximè tam-

22. mar-
tii.

E iiiij

gebāt decus & statum Ecclesiae
universalis & commune bonum ,
quod nobis inquit inviderunt sem.
per Romani Pontifices.

Necnon Curiam rogavit ut ul-
terius non progrederetur Ecclē-
sia inconsulta , & illud apud Re-
gem ageretur ut Gallicana Eccle-
sia convocaretur deliberatura quid
de Concordatis ageretur; interim
se se opponere publicationi Con-
cordatorum , protestatus quod-
cumque in eo negotio tractare-
tur . neutquam præjudicaturum
Ecclesiae.

Sed eo negotio Actuque per-
acto , Dominus à Tremolia Curiæ
adfuīt qui exhibuit Litteras Re-
gias quibus ipsi mandabatur ut
Concordatorum publicationi ad-
esset , Adeò ut publicata fuerunt
& super his Decretum addictum
in ea verba. Lecta publicata &
registrata ex ordinatione & de
Præcepto Domini Regis nostri ite-
ratis vicibus facto , in præsentia
Domini à Tremolia primi Cam-
bellani dicti Domini nostri Re-
gis ad hoc per eum specialiter

PRAGMAT. SANCT. T
misse Parisiis in Parlamento 22.
die Martii anno Domini 1517.

1517.}

Interim Senatus in deliberatis persistente 24. Martii omnibus classibus congregatis renovavit protestationes habitas coram Actuariis & Ammanuensibus Curiae quod licet ad Concordatorum publicationem processisset neutiquam tamen ea probare & iterum provocavit adhærendo præcedentibus appellationibus petendo Apostolos à dicto Episcopo Ligonensi , quos & concessit sed & illud iterum Curia declaravit quod ad quemcumque Actum in posterum procederet , non intendere ut recederet à præcedentibus protestationibus & appellatio- nibus.

27. Martii ex deliberatione Uni- versitatis Rector mandatum in Compitis & Plateis ipsius Universitatis affigi curavit quo inhibebat singulis Juratis Librariis Uni- versitatis typis mandare dicta Concordata sub pœna exclusionis & rejectionis à Corpore Univer- sitatis.

27. MARI
1517

In eodem tempore Universitas post longiorem Deliberationem mandatum publicavit, quo postquam exhibuisset omnes inordinationes quæ in Ecclesia per diversa saecula invaluerant providè remendas fuisse per Concilia generalia ipsaque Concilia Basileensis & Constantientia legitimè congregata salutaria Decreta sanxisse ad reformationem ipsius Ecclesie tam in capite quam in membris.

Quod ab eo tempore quo Decreta de electionibus ad Praelecturas observata non fuere omnimoda reformatio invasit Ecclesiam & immisso fuerant mille abusus reservationes expectativæ, mandata, & aliæ gratiæ omnino vitiœ quæ induxerunt in Ecclesiam ignaros & improbos, & exulare fecerunt eos qui adjuti scientia & virtute poterant plebes instruere & informare ad veram pietatem.

Quin & se variis litibus involutos sentiebant, cum aliqua Beneficia obtinere pretendebant, &

PRAGMATIC. SANCT. 107
ex eo transferentur extra Re-
gnum pecuniae, ut illae gratiae in
Curia Romana impetrarentur,
quod cum Basileense Concilium
prudentius inspexit restituerat
electiones ad Prelaturas secundum
Jus commune, necnon condem-
naverat omnes illas gratias infor-
mitas, illudque procuraverat Jus
reddi in partibus, sed & intol-
erandum Annatarum abusum
damnaverat.

Quod & ea Decreta admissa
firrant à Carolo VII. celebri illâ
congregatione Ecclesie Gallieanæ
Burgib[us] habita eaque obser-
viri curaverat, Romanosque ip-
sos avaros cum perspiceret his
remediis inducis pecunias minus
frequenter Romam transferri,
non cessisse quin ipsos Papas uni-
gerent ut Pragmaticam abrogan-
dum prosequerentur.

Sed & præcipue Leô X. in
congregatione Romæ habita ci-
tri omnia Iuri & adversus fidem
Catholicam, condemnaverat, quod
Concilium Basileense decreverat
abrogaverat quodam tractatu

quem Concordata appellaverat electiones ad Prælaturas & declaraverat nullas ipsorum Beneficiorum impetrations non expresso vero valore eorumdem , quodque ille tractatus Doctoribus spem omnem amovebat , electiones de eorum persona habendæ ad Prælaturas.

Sed & illud in mandato addidit Papam colloquio cum Rege habitu extra montes coegisse eumdem ut huic tractatui consensum præberet , quod Rex ipse ut fidem dictis & conventis præstaret , urgebat admissionem Concordatorum in Regno , quamvis Universitas & alii quorum intererat ad id vocati non fuissent , & quod ei apertius declaratum non fuisset quæ damna illatus erat.

Et inde Rector suo mandato appellabat à Papa male informata , ad futurum Concilium legitime congregandum & in loco libero ab omni metu seculo properanter abrogationem Decretorum Concilii Bisileensis & Pragmati-

P R A G M A T . S A N C T . 109

cæ inductionem aliorum Decre-
torum in eorumdem locum , il-
ludque appellationis instrumen-
tum & mandatum est de die 27.
Martii anni 1517.

27. Mart.
1517.

Sed & illud instrumentum &
mandatum , admissum fuit & re-
ceptum à Decano Ecclesiae Pari-
sien sis necnon impressum manda-
tum & affixum in compitis & Pla-
teis , & quidam Prædicatores in
Sermonibus habitis quædam dic-
ta incongrua & extra terminos
de Rege habuerunt & de Can-
cellario , necnon Universitas plu-
res Congregationes habuit in qui-
bus convocati quidam Curiæ Pa-
tronii Disome , Bochard , Eclove-
tier & alii..

Rex interim cum admonitus
fuisset de Programmatibus publicè
affixis Parisiis & de Sermonibus
scandalum inducentibus rescripsit
ad primum Curiæ Præsidem Oli-
verium , & ad quosdam alios
Consiliarios Curiæ , conquestus de
liberiori processu Rectoris & de
Sermonibus qui spargebantur ad
populum ducentibus ad seditionem

anno HISTORIA
nem, necnon, jussit informationes
haberi qua authoritate Rector ad
id processisset & volebat etiam
ea omnia nulla declarari & abu-
siva, quamprimum Concordata
typis mandanda eorumdem cura
ac diligentia

Et iis dictis Rex illud addidit
quod ipsimet Concordatis suspen-
sivam conditionem addebat esse
consensum ab Ecclesia præstan-
dum & publicationes & juramen-
ta ab ipsamet Curia habenda,
seque præsto curaturum ut arti-
culis ultra conventa Bononiæ ad-
iectis provideretur illudque res-
criptum Regium est de datta 24.
Aprilis & perleatum fuit in Se-
natu die 28. ejusdem mensis post
festum Paschatis anni 1518.

1518.
Aprilis.

Vigesima secunda die Aprilis
ejusdem anni Adamus Fumeus ma-
gister supplicum libellorum & Do-
minus à Sancto Gelasio primus &
major Domus Regiae, obtulerunt
Curiae duas Epistolas à Rege scrip-
tas, altera Rex rescribebat se de-
legare hosce duos Commissarios
Parisis ut curarent Concorda-

P R A G M A T . S A N C T . L I T .
torum impressionem habendam ,
eaque dimittenda eisdem haberent
per Actuarios suos.

Altera Rex conquerebatur de
temeritate Suppositorum Univer-
satis qui tentaverant commo-
vere plebem sermonibus habitis
publicando suppositiones scanda-
lum inducentes , velle ut severius
punirentur , sed & addidit Rex
se valde mirari quod Senatus pas-
sus esset hasce actiones periculo-
sas quæ in ipsa origine suppressi
debuissent qua de causa dimittebat
eosdem Dominos Fumeum &
à Sancto Gelasio injungendo ip-
si Curia ut in omnibus exequen-
dis adesset.

Postea Curia Actuario suo in-
junxit ut iisdem Commissariis di-
mitteret copiam Concordatorum
& iisdem dixit se neutquam ad-
monitus sermonum habitorum
scandalum inducentium , cum Of-
ficiariis Curiae præoccupationibus
& functionibus munerum non ha-
berent aliquid otii , unde prædi-
cationibus adesse possent.

Altera Epistola quæ adhuc ha-

betur Rex conquestus est de appellatione à Concordatis interpolata , quam scandalum inducentem appellat, temerariam , stultam & minus prudenter emissam & veritatis dissimulativam , videlicet appellationem habitam à seipso Rege & Curia Parlamenti à seipso , quamvis sit solus Monarcha & supremus Regni moderator , nec ab eo provocare liceat cum nullum Superiorem agnoscat, qui emandare , corrigere, aut infirmare possit Edicta & ordinationes Regias.

Sed interim Commissarii inquisierunt prout eis mandatum fuerat à Rege & Programmata manu armata avelli curarunt & publicari jusserunt nomine Regio inhibitiones aliquid amplius mouendi quod populum submovere posset quorum executioni viri Universitatis ex hac parte vim quamdam intulerunt & postea diem dixerunt quatuor Universitatis advocatis , ut praesentes essent coram Rege in suo consilio assidente , quibus obtempera-

P R A G M A T . S A N C T . 243
runt & nisi post aliquot dies exequundi libertatem habuerint.

Vigesima tertia Aprilis Curia
advocavit principales Collegio-
rum Universitatis quibus moni-
tio habitæ quæ temeritas & insol-
lentia habitæ fuissent die præce-
denti in turbanda proclamatione
quæ fieri habebat in stationibus
Universitatis à Commissariis Re-
gis quodque iphi incumbebat huic-
ce negotio quietam addere alio-
quin ab ipsis ratio petendi fo-
ret.

23. Apri-
lis 1518.

Emotiones & aliæ agendi viæ
ab Universitate liberius adhibitæ
in hocce turbando negotio ad id
Regem permoverunt, ut autho-
ritate sua uteretur, & in id Lit-
teras Patentæ in formam edicti
datas Ambosis 27. Aprilis ad
Commissarios emisit continentes
inhibitiones factas Rectori & sup-
positis Universitatis ne inter se
convenirent de negotiis perti-
nentibus ad statum Regni, poli-
tiam & administrationem, edic-
ta & decreti à Rege habita &
approbata, sub pena privatio-

nis Privilegiorum.

Sed & Commissarii Litteras
 suas exhibuerunt Curiæ die 27.
 Aprilis ut Actis Curiæ manda-
 rentur, postea die triumvirum Re-
 gii exiuditi postularunt Littera-
 rum Regiarum sive Edicti in-
 scriptiōnem in Actis Curiæ, sed
 Curia deliberavit se Regi res-
 cripturam exhibitionem à Com-
 missariis habitam, sed earum pu-
 blicationem dilitam quibusdam
 de causis quas Regi expeditura
 erat quando jussérunt.

Sed & illud addidit suo Decre-
 to non illud Universitatis curæ
 incumbere, neve etiam quoad
 Politiam & administrationem re-
 rum publicarum, postea primus
 Parlamenti Præses, ex mandato
 Regio Commissariis dixit causas
 & rationes, quæ permoverant
 Curiam dilationis habendæ pu-
 blicationi Litterarum, & eodem
 instanti Curia jussit dimitti &
 tradī dicto Domino Adamo Fu-
 meo Originale Concordatorum &
 ipsam certificatorias Litteras
 tradidit quod ipsummet Originale

27. APTI
lis,

PRAGMAT. SANCT. 115
Concordatorum in minus Domi-
in Cancellarii dimiserat.

Verum cum Rex fidem suam
Pape obstrinxisset sub pena nul-
litatis Concordatorum eadem in-
tra sex menses publicari, regis-
trari & in ea jurari intra sex
menses in Curiis Parlamenti, &
ab Ecclesia Gallicana probari
cum perspiceret se adhuc illa exequi
non potuisse à Summo Pon-
tifice Breve Apostolicum impetra-
vit quo adhuc animus integer
adscribebatur ad ea exequenda.

Sed etiam cum iisdem Con-
cordatis illud contineretur im-
petrantes Beneficii eorumdem ve-
rum annum valorem exprime-
re debere, & ex eo metuendum
foret ne propter eamdem oomis-
sione in plures in longiores con-
troversias & lites inciderent, Pa-
pi illud rescripsit & dimisit quo
declarabitur singulas Beneficio-
rum provisiones à data primæ
provisionis impetratas, & ex eo
quod verus valor reddituum Be-
nificiorum expressus non fuisset
nullas & invalidas.

22 Aprilis 1518. Nec non ipsemet Rex hæc duo Apostolica rescripta ad Curiam emisit, ut eadem Actis publicis mandari juberet, atque etiam typis mandata sunt simul & Concordata incongruum & rei minus conveniens visum foret, Historia Concordatorum seriem descendere & progressus habiti ad publicationem eorum habendam deductione interposita præcipuarum rationum quibus mota fuerat Curia Parlementi ut adversaretur tamdiu Voluntati Regiae nunc inspicienda & discutienda rationes extractæ ex ipsomet Curiaæ reclamationibus cum responsis ipsius Cancellarii.

Ratio
nes mo-
tivæ cu-
riæ ad
differen-
dam
publica-
tionem
Coco-
dat.

Sed enim illis & in principio observarunt tres articulos esse in Concordatis maximi ponderis & momenti, primus expressio veri valoris Beneficiorum, secundus evocatio majorum causarum in Curiam necnon Cardinalium & Officialium Curiae, & tertius provisio electivarum Dignitatum.

Quod primus Articulus expressionem veri valoris tendebat ad

perceptionem Annatarum omnium Beneficiorum collativorum; sed ex eo quod postea idem articulus abrogatus fuit nihil amplius de eo inquirendum, sed tamen illud observandum ita huic articulo Curiam institisse ut facile sit priorem sequelam ex eo inferre quae innovabat perceptionem Annatarum constitutionibus Regiis inhibitam & exinde occasionem prebere transvectioni plurium pecuniae summarum extra Regnum.

Secundus Articulus pertinet ad evocationem majorum Causarum in Curiam Romanam in cuius sequelam causæ & disputationes Episcopatum, & Abbatiarum Regni in Curia Romana agitantur necnon causæ Cardinalium & Clericalium Curiæ & ratione plures controversiae beneficiales in Curiam evocabuntur, tum ex sua natura tum exceptionibus simulatis & aliis ex modis ut consueverat antè Pragmaticam.

Verum dicitur Decretum Prag-

maticæ coincidere cum decreto Concordatorum: illud fatendum in quibusdam, sed non in omnibus, sed Decretum Pragmaticæ non fuit observatum quinimò majores causæ tractatæ & decisiæ fuerunt in Francia per Judices ordinarios & delegatos, nec non etiam Cardinales & Curia Romanæ Officiarii in Francia litigantes suas fuere prosecuti, & hic antiquior fuit Regni usus.

Sed & Decreta Cardinalium & Officiorum Curia Romanæ servata non fuere, neque etiam per ipsum Papam sicut statutum fuerat in Concilio Basileensi, & sicut id ipsum statuit Pragmatica. Interim Gallicana Ecclesia majorum causarum Decretum admisit ea conditione ut duo alia Decreta servarentur, sed numerus effusior adauget ipsummet datum.

Verum enim Decretum de causis, discrepat omnino, & aliter sancitum in Concordatis quam in Pragmatica; nam in Decreto Pragmaticæ restrictio fit ad Ecclesiæ

P R A G M A T . S A N C T . F E

& Monasteria exempta , in Concordatis vero id tantum habetur majores cause in Jure enumera- tæ & sic in infinitum excrescer harumce causarum numerus & in quantum placuerit ipsissimetur Cu- rialibus & Canonistis.

Quoad articulatum nominatio- num ad Prælaturas & abroga- tionem ipsarummet electionum Curia illud asseruit adversari Re- gis Regniique Juribus , & subno- tat vacationes in Curia , omni- no abusivas esse contra Sacrorum Canonum Decreta , Constitutio- nes Regias necnon contra Jus commune : & quod superest ip- sarum electionum ex eo maximè imminui necnon ipsas Nomina- tiones Regias , ipsumque Ponti- ficium Jus vacationis in Curia ad duas dictas extra Romanam exten- ditur.

Illud etiam additur in Concor- datis non licere Summo Ponti- fici uti reservationibus quoad Be- neficia vacatura sed quo id vacan- tia nihil dictum est , & sic conclu- dendum uti posse. In Concordia

tis nulla fit mentio Monasteriorum Monialium unde infertur solum Papam eisdem provisurum, cui tamen provisum erat per Pragmaticam.

Sed & illud generaliter concludendum est Concordatis manus commodum Papæ subesse quam Regi.

Primò solum Papa habet omnimodam dispositionem Monasteriorum Monialium, & per præventionem, & etiam reservacionem.

Secundò quoad inferiores Dignitates virorum ut Decanatus præposituras & cæteras, nil Juris Regi competit necnon Papa de his etiam disponit per præventionem.

Tertiò quoad Dignitates principales, Episcopatus, Abbatias & Prioratus Conventuales electivos in Curia vacantes nihil Juris Regi competit, sed Papa solum de iisdem disponit.

Quartò quoad Ecclesiæ sacerdtales vel regulares quæ speciali eligendi privilegio munitæ sunt Regi

P R A G M A T . S A N C T . 121
Rex ab earum dispositione omnino excluditur.

Quintò quoad alias Dignitates electivas in quibus Rex nominandi Jus habet , illud oportet quod Rex personam capacem nominet & circa eandem capacitatem plures quæstiones subincidentes moveri possunt in Curia ad diminutionem Juris Regii que ve quæstiones Romæ judicari oporteat ubi illud asseritur esse de Majoribus causis.

Iisdem reclamationibus Curia additum Ecclesiam Gallicanam in perpetuum Jure eligendi expoliatam quamvis inauditam quod Iuri naturali repugnat : cum Jus eligendi sit etiam de Jure Divino, & in id authoritates Scripturæ Sanctæ laudatae sunt necnon Conciliorum generalium Legum Curiæ, Ordinationum Regiarum, Clodovæi , Caroli magni , Ludovici Pii , sancti Ludovici, Philippi Pulchri , Ludovici Huteni, Caroli VI. & VII. qui omnes constituerunt electiones habendas , & inhibuerunt exactiones Romanæ Curia

Postea Curia addidit quasdam authoritates ut evinceret & probaret Sanctorum Electionum viam nec ex eo abolendas quod abusus in iis admitti possint, electionum processum actionem esse omnino Ecclesiasticam de quo Princeps tractandum non habeat cuius rei varia proferunt exempla.

Quod saepius laudatur glossa Joannis Andrei in cap. quamquam de electione in 6. potestatem providendi ad Episcopatus ipsimet Summo Pontifici competere, sed eadem glossa improbata fuit saepius contingit Advocatos Regios requisisse silentium imponi iis qui eandem laudare velent.

Deinde locum illum Glossæ male intellectum quia in eo quæstio versatur de electione Episcopatus, quo casu solus Papa Ius habet providendi quia ad illum spectat novarum Dignitatum electione, sed in subsequentibus vacationibus sequendas antiquas constitutiones Ecclesie, & providens

PRAGMATICÆ SANCTÆ. 123
dum per viam electionis, & ita
intelligendam Glossam Joannis
Andräi.

Et ecce in summa quid con-
tineant Curiæ Parlamenti recla-
mationes quoad Concordatorum
admissionem.

Postea eadem Curia loquitur
in iisdem reclamationibus de re-
vocatione Pragmaticæ, & dicit
Oratorem Regium Romæ resi-
dentem non fuisse admonitum de
hacce revocatione, quod ea con-
tinet plures articulos adversantes
Authoritati Regiæ, in eo quod
jussérunt Sæculares hujus Regni
Pragmaticæ-Sanctionis observatio-
ni nequaquam insistere debere sub
pœna Commissionis Feudorum
quæ ab Ecclesia tenent, quod
Authoritati Regiæ omnino adver-
sat, cui soli competit tales in-
hibitiones & comminationes san-
cire.

Namque ab eo omnia Regni
Feuda moventur tanquam à supre-
mo Monarcha, sive ab Ecclesia
immediatè teneantur, & quod
ea de causa Prælati Galliæ ex-

hibent jusjurandum fidelitatis Re-
gi propter Feuda vel retrofeuda
quæ ab eodem tenent , ex eo
Articulo Curiæ Romanae insisten-
tes Officiarii inferre volunt Pa-
pam Supremi Dominii intentio-
nem fundatam habere eorum om-
nium Feudorum Regni , quæ ab
Ecclesiasticis possidentur.

Deinde subnotat Curia proba-
tionem constitutionis (unam sanc-
tam) Bonifacii VIII. habitam in
odium Regum nostrorum & Cle-
mentinam / meruit , de quâ sit
mentio) in emendationem prioris
constitutionis minus sufficientem
quia in ea revocatur in dubium
suprema authoritas Regis quoad
temporalia , in quo neminem re-
cognoscit superiorem , quod & Pa-
pa revocare poterit Clementinam
meruit. Ex inde constitutio unam
sanctam sola permanebit , quæ il-
lud decidit Reges ipsos tempo-
ralia non tenere nisi ad nutum
& patientiam Sacerdotis.

Sed & Papa Bulla revocatio-
nis rescindit ordinationes Regias ,
in eo quod Pragmatica - Sanctio

Constitutionis Regiae naturam induit quod magni est ponderis & sequelæ, namque eadem auctoritate Jus Regaliae revocare posset jus conferendi Beneficia, jus cognoscendi & dijudicandi de possessorio Beneficiorum & alia plura jura pertinentia ad statum Ecclesiasticum.

Eadem Bulla revocationis Papæ revocat & rescindit Decreta Concilii Basileensis, sed ea Decreta pertinent ad statum Generalis Ecclesiae & ejusdem reformationem nonne deciso est & determinatio universalis Ecclesiae quæ continet veritatem Fidei Catholicæ Papam teneri obedire Concilio Generali in iis quæ tangunt reformationem generalem Ecclesiae ut decisum est duobus Decretis magni Concilii Constantiensis.

Sei & illud Curia addidit nihil contingere posse sanctius ipsi met Decretis Pragmaticæ - Sanctionis quæ desumpta sunt ex Concilio Basileensi & conveniunt proprius antiquioribus Conciliorum Generalium Decretis.

Quod & duo sunt Decreta Concilii Generalis Constantiensis inscripta in Pragmatica-Sanctione quæ abrogata fuere , verum illud Concilium ab omnibus perçquè observatur.

Verum enim hisce duobus Decretis habetur Concilium Generale habere à Christo Domino potestatem immediatè , & eidem subesse Sum. Pont. in tribus Articulis. Primò in iis quæ tangunt fidem. Secundò quando agitur de extirpatione Schismatis. Tertiò quando agitur de generali reformatione Ecclesie Dei , tam in capite quam in membris , sed ea revocatione intendit Papa se Superiorem in omnibus casibus Concilio generali.

Sed & eâ revocationis Bulla Papa dicit se impeditum per Pragmaticam in provisione Cardinalium & aliorum Curiæ Romanae Officialium , de Episcopatibus, & Abbatii Regni Franciæ , ergo in vim hujuscem revocationis intendit , providere hisce personis.

Necnon ea revocationis Bulla

PRAGMAT. SANCT. 127
nulla habenda cum Ecclesia Gallicana convocata fuerat in loco suspecto , coram Judicibus notoriis hostibus & inimicis , & qui maximo horrore & odio Pragmaticam prosequebantur , adeo ut in Actu revocationis appellatur inferna Sanctio , corruptela , abusio , improba constitutio & Concilium Lateranense congregatum à Julio II. in odium & neminem Nationis Franciae.

Indè concludendum hanc revocationem adversari Sacrae Scripturæ Conciliis Generalibus , Sanc toribus Ecclesiæ Decretis , Sententiis Sanctorum Ecclesiæ Patrum , æquitati naturali rationi Juris Civilis & Canonici , & bonis moribus , libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ bono & commodo Regni.

Verum Articulus Concilii quod sit supra Papam decisus hocce revocationis Actu , maximæ est consequentia , decisus fuerat per Concilium Constantiense antequam Ecclesia in vanas partes iverat , sed ab ejusdem Decreti

promulgatione non amplius de
hac quæstione dubitatum.

Sed & ante hanc Concilii Con-
stantiensis determinationem pro-
bi & antiquiores Canonistæ ita
de eo Articulo censuerunt, ut
decisum erat à Concilio Constan-
tensi, nec curandum quod Con-
cilium Lateranense anathema-
tisavisset eos qui huic revocatio-
ni non instarent, sed enim illud
Concilium non est generale.

In consequentiam probatur au-
thoritas Concilii Basileensis & ip-
summet Eugenium IV. idem Con-
cilium approbasse, & ut interim
respondeatur ei quod dicitur in
eadem revocatione Pragmaticam
habitam fuisse ipso Schismatis tem-
pore, dicendum illud nequaquam
veritate nisi, cum Schisma inter
Eugenium & Felicem nondum
subortum esset, sed Pragmaticam
in Gallia admissam ante ejusdem
Eugenii depositionem, unde Schis-
ma enatum, Sanctiora Decreta
Biturigibus recepta die 7. Julii
 anni 1438. depositio Eugenii men-
se Julio anni 1439. & promotio

P R A G M A T . S A N C T . 129
F alicis mense Novembri sequen-
ti.

Præterea respondet Curia ei
quod dicitur Decreta habita post
translationem Concilii Basileen-
sis Ferrariam ; primò eadem De-
creta extra Decretum de colla-
tionibus sancta fuisse ante eam-
dem translationem , sed quoad
Decretum de Causis aliquid dubii
subesse , cum aliqui dixerint ante,
alii post ; secundò translationem
nullam esse absque ulla forma nec
à Rege probatam.

Sed & Basileensia Decreta pro-
bata fuere per Eugenium & Ni-
colaum V. Bullâ ejusdem anni
1449. licet hæc approbatio de
necessitate non fuisse requisita
quando Concilium generale legi-
time congregatum fuit ut dictum
Concilium Basileense , & ex præ-
dictis Curia asserebat eamdem re-
vocationem nullam esse , & in
consequentiam censuras in eadem
comprehensas , quod dictæ cen-
suræ eam semper conditionem ta-
citam habebant , nisi scandalum ex
illis universale oriri præsumatur .

& in illud allegant textus.

Et in fine subnotat ante lapsum termini appositi in Actu revocationis, provocationem habitam & ritè emissam etiam ex scripto, tam ex dicta revocatione, quam ex censuris in ea comprehensis.

Sed & in conclusione Regia Regi supplicavit, ut id tractaret apud Summum Pontificem, ut convocaret Concilium Generale in loco securioris accessus, & Ecclesia Gallicana exaudiri posset super facta dictæ revocationis, & in defectum & recusationem ipse met Rex rogabatur congregare Ecclesiam Gallicanam & multitudinem Doctorum & Litteratorum hujus Regni à quibus instrui possit de hu' us negotii veritate.

Verum in additione quadam ad prædictas Curiæ reclamations, Regem iterum rogavit Curia, ut attenderet ad id quod ipse & Prædecessores consueverant Juramentum præstare in ipsa inauguratione & consecratione, de observandis & custodiendis Juri-

PRAGMAT. SANCT. 138
bus & libertatibus Ecclesiæ Gal-
licanæ quorum verus custos &
protector erat.

Postea ut responderetur iis quæ
dici consueverant, oportere sub-
ministrari Papæ quod sufficeret
ad sustinenda onera, quæ in dies
singulos Sanctæ Sedi ingruebant
adnotarunt 32. species expeditio-
num quæ Romæ impetrari solent
& quæ absque pecunia exsolutio-
ne haberi non possunt.

Et quia comminatio habita quod
si Concordata non publicarentur,
Papam in prædam dimissum
Regnum Galliæ Curia afferit ex-
tra quod nulla justa subesset cau-
sa, Regem à solo Deo Regnum
suum tenere ne ab altero, & in
temporalibus alium non recoga-
noscere Superiorem, & quod ha-
comminationes omnino adver-
santur authoritati Regiæ, & si
diceretur de facto id exequi posse
hoc casu non deesse rationes &
modos ut se tueri habeat.

Verum enim cum Ludovicus
XI. abrogationi Pragmaticæ con-
sensum suum præstitteret, admo-

nitus à Curia damni quod contingere posset in inferri Ecclesie Gallicanæ , sese contra eandem revocationem defendit per appellationem à suo Procuratore Generali emissam Curia scriniis demandatam & decrevit Pragmaticam-Sanctionem observandam.

Quoad verò spectat quoddam Concordatum habitum inter Ludovicum XI. & Papam Sextum nihil aliud agebatur nisi de distribuendis mensibus conferendi Beneficia inter Papam & Ordinarios nihilque agebatur de electionibus , nec illud Concordatum in Curia publicatum nec obser-vatum sed tantum Pragmatica.

Ecce in summa quid comprehendenderent reclamationes Curia Parlamenti.

Responsa vero quæ ad eam Cancellarius Pratenis habuit amplissima sunt , & in breviori contrac-tum habet quod dixit.

Sed enim orationem suam di-misit in quatuor Articulos. Primus exponit causas & rationes quæ ad id Regem permoverant ut Con-

^{11.}
fa Cancellarii
ad reclama-tiones
Curia.

P R A G M A T . S A N C T . 135
cordata iniret.

Secundus commoda ex ipsis met
Concordatis per ventura.

Tertius quæ dama fugienda
in eorumdem admissione.

Quartus Responsa ad objec
tiones & oppositiones præcipuas
Curiæ Parlamenti.

Rationes & motiva, inquit, revo
cationis Pragmaticæ maxima exis
tere, cum Rex in adventu Reg
ni plures principes videt confœ
deratos in sui necem, infensus
animus Julii II. qui Concilium
Lateranense congregari juferat
contra Ludovicum XII. prop
terea quod Concilio Pifano ad
hæsisset.

Quod principes confœderatos
Gallia à Sacramento absolvisset,
neconon indulgentias concessisset
illis qui nobis Galli bellum in
tulissent tanquam Schismaticis,
sed etiam ubique Prædicatores
immisisse qui nos Schismaticos
prædicarent & confœderationem
initam quæ sancta dicebatur cum
Imperatore, Regibus Hispaniæ,
Anglia, Helvetiis, & Venetis ad

334 HISTORIA
ruinam & destructionem Regni
Franciae.

Et in consequentiam Rex Lu-
dovicus XI. expoliatus fuit Du-
catu Mediolanensi, Cremona, Bri-
xia , Genua , Savona , & Comita-
tu Astensi .

Necnon Angli in vicinioribus
regionibus intercepterunt Urbem
Morinorum , Tornacum, Helvetii,
Burgundiam appulerunt, Rex His-
paniae Navarram suæ dominatio-
ni subjecit quod Regem Ludovi-
cum ad id adegit ut maximas col-
lectas imponeret & plures sum-
mas mutuaretur à subditis.

Postea Concilium Lateranen-
se diem dixit Regi Curiis Parla-
mentorum prælatis & subditis ut
rationes exponerent in Pragmati-
cæ - Sancionis defensionem.

Leo X. illud prosecutus est quod
Julius Prædecessor inceperat Car-
dinales qui Concilio Pisano ad-
hærebant illud dimiserunt , nec-
non Ludovicus XII. illud dimisit,
& sic Lateranense Concilium con-
sentientes habuit omnes principes.

Concederationes tamen prin-

cipum post mortem Julii II. non cessarunt quinimo invaluerunt, & confœderationi Articulis additus, quod Helvetii nullatenus pacem cum Rege Franciæ inirent nisi Pragmaticam revocaret.

Rex vero cum victor evasisset in Italia, pacatores animos Romæ fortitus est, sed tamen admonitus fuit per Oratores quod Concilium novum diem sibi dicere volebat, sed & rescribi curavit ad Cardinalem sancti Severini protectorem negotiorum, & ad Cratorem se defensurum libertates Ecclesiæ Gallicanæ ad ultimam sanguinis effusionem.

Cum Rex tractatum haberet cum Papa ut sibi vindicaret Parham & Placentiam ditiones dependentes à Ducatu Mediolanensi, & quis ipse Papa occupabit actum est de Pragmatica ut defendetur, sed comitus inutilis evasit.

Et exinde tractatus fere dissipatus, & hinc confusio Regni negotia persuasit, cum hostes confœderationem inter se haberent, & maxime sibi prospicere credebat si

Sed & Rex quid agendum in Concilio proposuit , in id conclusum , cum impossibile videtur inhibendi revocationem Pragmaticæ à Concilio Lateranensi habendam , satius fore si Concordatum iniretur cum Papa.

Sin vero initum non fuisse Concordatum nihilominus Pragmaticæ revocatio habita fuisse , & sic Papa in ea libertate permanisset quam ante Pragmaticam utebatur , id in ea rerum confusione deploranda quæ & Ecclesiam & Regnum summè vexarent.

Postea clades & damna exposuerunt quæ Franciæ Regno imminenterent , si neque Pragmatica , neque Concordatis uteretur , quod si non obstante revocatione Pragmaticæ illius observationi insistere visum fuerit , Schisma suboriretur inter eos qui Censuras Ecclesiasticas reformidant , qui nec Pragmaticæ observationi insistere voluerint , & eos qui censuras neglexerint , necnon ipse Rex dividideretur ab Ecclesia universalis

PRAGMAT. SANCT. 137.
cum Concilio Lateranensi adhære-
re noluerit.

Quod Ludovicus XI. qui revo-
caverat Pragmaticam, ad id re-
dactus est ut eam susciperet, quia
cum Papa nullum Concordatum
iniisset. Sin vero Rex Prag-
maticæ revocationi adhærere nolue-
rit incidet in easdem clades in
quas elapsus erat Ludovicus XII.
scilicet excommunicationum cen-
surarum & interdictorum.

Sed ut Dominus Cancellarius
utilitatem Concordatorum ipsi
Regno inferendum probaret, sub-
not tu quam parum securitatis in-
sit cum principibus Regi confœ-
deratis, exponit per partes quid
singulorum intersit & ut causas &
rationes haberent dissolvendi fœ-
deris ad minorem occasionem oc-
currentem.

In id concludit Concordata ne-
cessaria, cum periculosis videre-
tur ipsi Regno revocationi Prag-
maticæ non subesse, & pernicio-
rem esse confusionem ad id tem-
pus reduci quo eramus ante Prag-
maticam.

Levius & celerius pertransit nullitates & defectus Concilii Basileensis, nihilominus illud addidit omnes Nationes illud respusi- se exceptâ Franciâ.

Postea delabitur in discussione dam electionum materiam, subnotat incommoda, dicit in omnibus vacationibus subesse & electum & provisum, de quo discep- tationes & coram Judicibus sacerdotalibus & Ecclesiasticis, quæ per plures annos trahuntur, Officium derelictum, Sacramentum per Concilium Basileense inductum non servatum, Simoniae frequen- tes, Laici aquæ ac Ecclesiastici iis péragendis insistunt.

Pragmaticam-Sanctionem circa electiones non sedulo observatam quia Romanum pergitur impetrando- rum Beneficiorum electivorum causa, in cuius Curia provisi victoriā obtinent, quod & Papam inducit ut Decreto de electioni- bus consentire nolit, sed Concordata illis incommodis omnino oc- currere.

Sed & illud asserit nominandi

Privilegium per Papam & Concilium Regi concessum , maximum , quod Officiarii Regii magis tueri deberent quam oppugnare , & in id allegat Canonem Adrianus confirmatum à Leone Papa.

Subnotat illud in Anglia vigere ut Rex nominet , Papa verò prouideat illudque peragi vi indulti Apostolici adducit Historiam Scotiæ à se Cancellario tractatam ut ostendat Reges Scotiæ nominare solere non in vim privilegii ex scripto , sed per patientiam , sed & plura exempla exponit desumpta ex Gregorio Turonensi , ut Reges nostri nominarent ad Episcopatus.

Verum & addidit Prælaturarum provisionem in varias providendi formas transiisse ; Primum Papas solos providisse ; secundò principes cum populo & Ecclesia ; tertio solum principem ; quartò totum Clerum absque populo ; quintò solos Canonicos absque interventu alterius Cleri.

Sed enim demirari Albericum de rosite Reges & Principes ita

demissos ut passi sint se se spoliari
principio jure per Papas & Con-
cilia eis concessis, ut Ecclesiis va-
cantibus providerent, & illud ad-
misisse, ut iisdem exclusis viri Ec-
clesiastici sibi vindicaverint.

Postea eloquitur de Decreto de
mandatis atque gratiis longè dis-
crepantibus ab iis quæ habentur
in Pragmatica ita confusis, ut nec
Judices intelligere possent, & Lu-
dovicus XII. Edicto anni 1510.
tentavit meliorem ordinem adde-
re, nec vero Articulum de colla-
tionibus in Normannia observa-
ri.

Nec vero possibile fore Ro-
mam pergendi ut obscurioribus
Articulis melior ordo adderetur,
cum inibi Concilium Basileense
non fuerit approbatum: Regis
igitur intererat remedium adhibe-
re; cui exequendo plures ex Con-
cilio Regio verebantur ex con-
scientiae stimulo.

Sed & ipsum Regem ante quam
habenda Concordata decerneret,
consuluisse plures è Concilio ma-
iores, nec non summarium eorum

PRAGMAT. SANCT. 144
dimisisse ad Dominam Regen-
tem ipsius matrem ut de iis Con-
cilium haberet, quod & execu-
ta sit, & quod conventum fuerat
approbatum.

Verum & cum Rex ipse ex Ita-
lia reversus fuisset, eadem Con-
cordata exhibuisse pluribus è præ-
cipuis suis Officiariis; quos & no-
minavit, ipsique Parlamento, ut
alias componendi rationes præ-
berent, vel initas approbarent, sed
& in id omnes convenisse hasce
justas esse æquè ac necessarias.

Idem Cancellarius suggillat mo-
dum quo negotium discussum fue-
rat in Parlamento, Concordata
nec perfecta fuisse nec examina-
ta relatorem non disceptasse in
utramque partem, ut confuevit
in aliis negotiis, suspectas perso-
nas opinionem dedisse, scilicet
Canonicos Ecclesiarum Cathedra-
lium.

Præterea dixit quod si Rex Bo-
noniam non advenisset nihil con-
clusum fore, Papam pœnituisse
quod Concordata inierat, nec non
plurimum negotii habuit in con-

sensus Cardinalium Concordati
præstandorum conciliatione qui
omnia immutare volebant, Ora-
tores Regii testes sunt constan-
tissimi.

Nec fuit alius Rex qui tam in-
signi privilegio à Sede Apostoli-
ca donatus fuerit, aliæ nationes
tale comparare vellent etiam ex-
pensis centenis millenariis aureis,
Papa non amplius expectativis
uteretur, non conferret Beneficia
per octo menses non providebit
de Episcopatibus, & causæ spiri-
tuales non amplius Romæ agita-
buntur.

Quod si objicitur hæc omnia
nobis acquisita erant determina-
tione Concilii Basileensis, nec
non cæteris orbis Christiani na-
tionibus, sed ea facultate neuti-
quam uti voluerunt, ne Schis-
matici haberentur.

Sed ad primum inconveniens
à Curia subnotatum respondet
nullam mentionem habitam An-
natarum in Concordatis, inibi
dictum quod impetrantes verum
valorem exprimere habeant, i.

Iud intentionis fuisse ut probaretur an impetrantes meruissent Beneficia nec Concordata in id tendunt ut Annatæ percipiatur.

Nam Urbanus VI. & Bonifacius VIII. antea statuerant, ut verus valor Beneficiorum exprimeretur, & exinde omnes alii Papæ, sed & omnes Doctores assertunt, quod si verus valor non exprimitur, nullitatem subesse in impetracione.

Pragmatica nusquam inhibuit Annatarum collectionem Romæ habitam, tam Beneficiorum collativorum quam electivorum necnon ipsius Neustriæ Prælati eamdem exigunt.

Expressio veri valoris impedit plures Romam pergere Beneficiorum impetrandorum causa qui alia festinabant cum locus subfset fraudi, absque ullo pœnæ, meatu & viliori pretio.

Postea delabitur ad Decretum de causis Curia, inquit, conqueritur de duabus limitationibus ipsi Decreto adjectis, alteram de ma-

ioribus causis de quibus Romæ tractandum; altera de Causis Cardinalium & Officiariorum Curiaæ Romanæ quod conforme decisio- ni Pragmaticæ.

Sed & Curia addidit quod eo jure uti non consueverat, sed & eidem respondet per Concordata meliorem ordinem additum; Pa- pam in omni Christiano orbe hac potestate, in negotiis spiritualibus uti Principes in rebus profanis ea- rumdem cognitionem evocare pos- sunt, & ipsimet cognoscere vel di- judicandas delegare.

Nec Papa eo jure utebatur an- te Concilium Basileense, necnon Regni causæ & lites per evoca- tiones Romam transmittebantur necnon per appellations & con- quæstus, ut causæ aliorum Reg- norum & ditionum quæ Regiæ obedientiæ subsunt, ut Britan- niæ, Provinciæ, Mediolani, Ge- nuarum & Comitatus Astensis.

Et à Decreto Concilii Basileensis spirituales Causæ in Regno decisæ fuerunt, cætera Regna eo jure uti poterant, sed in unio- ne

PRAGMATICÆ SANCT. 145
ne & concordia ipsius Ecclesiæ
permanere maluerunt.

Indè sequitur Concordata in
eo conformia haberi cum Prag-
matica, & de verbo ad verbum
transcripta, nec ex re esset di-
cere acceptatum fuisse illud De-
cretum de Causis habitâ ratione
restrictionis numeri Cardinalium
& Officiariorum Curiæ Romanæ,
nec enim illud ad id spectat.

Quoad vero Majores causas in
jure enumeratas, ipsamet glossa
eadem describit in cap. quod
translationem de Offic. Legati
primâ fronte videtur eamdem
comprehendere Episcoporum cau-
sas, nec tamen de iis fit mentio
& dictum Doctoris debet intel-
ligi secundum Legem quam alle-
gat.

Verum enim hæc glossa loqui-
tur de Episcopatibus allegat cap.
mutationes 7. quest. 1. & cap. 1.
de translat. Episcop. quæ tantum
loquuntur de translatione Episcop-
orum, sed non de aliis Episco-
porum causis.

Namque translationes Episco-

porum semper ad Summum Pontificem pertinuerunt, nec ex jure scripto habebitis causas Episcoporum Romæ tractandas & ita limitatio majorum causarum non extenditur ad Episcoporum causas.

Necnon Cancellarius subdit quædam exempla Causas Episcoporum tractandas in partibus, & addidit eundem articulum inutilem fore, nam nominatione admissa nullam litem superfuturam.

Sed & respondet ad ea quæ Curia dixerat quod exteri Cardinales, & Officiarii Curiae Romanæ Causarum cognitionem Romam attrahebant.

Quoad vacationem in Curia Pragmaticam & Concordata conformia esse, necnon temporibus Pragmaticæ jus deterius servatum fuisse, sed enim tunc Papa in omni vacatione providebat, nec vero solâ morte adveniente.

Præterea dixit quædam esse Beneficia verè electiva quæ & ea sunt quorum vacatione adveniente Ecclesia dicitur viduata p[ro]p[ri]a

tore, & in iis providetur secundum formam cap. quia propter de elect. in iis vero Rex nominandi jus habet exceptis Ecclesiis quæ ingendi speciali Privilio ut i consueverunt.

Alia vero Beneficia sunt collativa, sed & ea collatio diversimodè fieri solet, aliquando fit ad Præsentationem alicujus Ecclesiastici, & dicitur institutio; aliquando simplex, & dicitur collatio, & alias ad electionem & nominationem aliquorum qui eligendo conferunt quod & vocatur collatio.

Sed enim iis casibus collatio ad Summum Pontificem pertinet jure præventionis, jure communi, sed & ex Concilio Basileensi, Pragmatica - Sanctione & Concordatis.

Sed & illud dixit quod cum Concordata de Monasteriis Religionis forum mentionem habuerunt id intellectum de Monasteriis Monialium.

Namque forma Ecclesiis pro-

videndi est de jure positivo , & ex prædictis subnotatum, quantum formæ immutata fuerit , ergo non de jure divino.

Verum enim glossa Joannis Andreæ in Parlamento improbata , quando Concilium Basileense observabatur & non alias.

Papa adimere potest cuicunque facultatem nominandi , prout cuilibet , uti placuerit , concedere solet , postea plures authoritates Canonistarum allegat de potestate Papæ in Ecclesia .

Namque dicit hoc esse certissimum in iis quæ non pertinent ad fidem , extirpationem Schismatis , aut reformationem Ecclesiæ tam in capite , quam in membris , Papam esse supra Concilium .

Quod alterum Concilium sancxit alterum subsequens dissolvere & immutare potest .

Italia , Hispania , Anglia , Scotia , & altera Germaniæ pars non utuntur electionibus , sed Papa providet .

Quoad Concilium Lateranen-

P R A G M A T . S A N C T . V 4 9
se Reges ipsi Ludovicus XII. &
Franciscus I. illud approbarunt.

Respondet causis & rationi-
bus appellationum à Curia emis-
sarum , necnon responsones , ip-
suis pertinentes habitæ.

In fine cuncta prædicta in sum-
mum & Epitomen reducit.

1. Concordata necessaria fore
ad commodum Regni , & ut di-
visio inter hostes Regis immitta-
tur.

2. Summam suorturam rerum
confusionem , si neque Pragmati-
câ neque Concordatis uteremur.

3. Pragmatica comprobata per
Concilium Basileense , quod non
fuit probatum à ceteris Christiani
orbis regionibus.

4. Plures clades provenerunt
ex electionum observatione.

5. Multiplices processus propter
incertum ius Graduorum.

6. Controversiae circa formam
Mandatorum.

7. Concordata emanarunt à Pa-
pa , Cardinalibus & à Concilio
Lateranensi , & sic confederabi-
mur universalí Ecclesiæ.

8. Concordatorum jure Rex nominat ad Episcopatus & Abbatias , nec amplius indè lites moveri oporteat.

9. Papa illud jus Regi concedere poterit quia de jure positivo.

10. Concordatis sacerdotalia sacerdotalibus , regularia regularibus.

11. Ignari pueri non amplius providebuntur.

12. Turnus Concordatorum liquido constat.

13. Concordata continent Concilium Basileense & Pragmaticam , & sic Gallia amplius divisa fuerit.

14. Concordata de Annatis nihil loquuntur , & sic minus pecuniae Romanam transvehetur quam antea.

15. Decretum de causis simile ei , quod habetur in Pragmatica.

16. Nec curandum de provocatione emissum per Parlamenti Curiam.

Respondens vero ad additiones subministratas à Curia Parla-

P R A G M A T . S A N C T . 151
menti contra Concordata , ur-
get dictus Dominus Cancellarius
nequaquam dici posse cum ratio-
ne Concordata , præjudicium fer-
re libertatibus Ecclesiæ Gallica-
næ , necnon debere subnotari &
ea libertatum pars quæ ipsis lade-
retur.

Dixit à sede Apostolica nusquam
effluxisse simile privilegium , nec
utilius ipsiis met Concordatis.

Electiones non sunt una ex li-
bertatibus Ecclesiæ Gallicanæ , sed
totius orbis Christiani.

Regem scire se à Deo solo
Regnum tenere , non à Papa , nec
alteri ullum homagium facere.

Dixit Regem non consensisse
révocationi Pragmaticæ prout ha-
beretur , quamquam octies evo-
cati fuerimus.

Rex Ludovicus XI. obediens
tes subditos sortitus est , nec ta-
men aliquid à Sancta Sede Apo-
tolica obtinuerat , & tamen Rex
qui Contractum adeò utilem iniit,
repugnantes , habet subditos.

Concordatum quod habuit Rex
Ludovicus XI. Regno clades in-

152 HISTORIA
jecit, ejusdemque nullitates sub-
notat.

Ridiculum fuerit dicere Pa-
pam Concordia revocaturum,
Lex est conventionalis quæ vim
& contractus virtutem sortita est
qui est de jure gentium confr-
matum à Collegio Cardinalium &
Concilio Lateranensi, & sic abs-
que consensu Regis, nec solem-
nitatis omissis revocari posse,
namque Papa absque magna cau-
sa dispensare non possit super
ordinis de jure gentium.

In iis proprius hæret reclama-
tionum Curiæ substantia & res-
ponsiorum quas ad eas habuit Can-
cellarius.

Exca-
io^c on
corda-
torum.

Nunc videndum quomodo præ-
dicti Concordia executioni fue-
re demandata.

1518. Tristandus de Salazard. Ar-
chiepiscopus Senonensis moritur
11. Februarii 1518. cum Capitu-
lum Senonense diem dixisset pera-
genda electioni. Antonius Leviste,
libellorum supplicum Magister,
Nicolaus de Beze, Senator Pari-
siensis, nomine Regio inhibue-

PRAGMATIC. SANCT. 153
runt ne ad electionem procederent, & debere expectare Archiepiscopum à Rege nominandum.

Sed & Canonici responderunt se eligendi jure frui debere & jure communi inniti, & speciali Privilégio à Summo Pontifice, & à Rege simul concesso.

Verum etiam Capitulum duos è gremio delegaverunt ad Stephanum Poncherium Parisiensem Episcopum, qui nominationem Regiam ambibit, ut rogarent eundem ne illud præjudicium ipsi Ecclesie inferret, ut promotionem à Rege aucuparet.

Sed enim Jus Régium prevaluit, verum Capitulum ut aliquatenus sese in jure suo conservaret Poncherium elegit qui Bullas Pontificias à Leone X. impetravit, & admissus est in Archiepiscopatum mense Julio 1519.

Eodem tempore Episcopitus Albiensis vacavit. Capitulum secundum ius Pragmaticæ ad electiōnem processit, & Rex secundum Concorditā nominavit, & à Rege nominatus Bullas impe-

154 HISTORIA
travit, & in Curia Romana pos-
sessionem adire voluit.

Sed enim Controvetsia mota
in Senatu Tolosano inter nomi-
natum Regium & Electum, quæ
fuit evocata ad Senatum Pari-
siensem, & interim Rex Præsi-
dem & Relatorem ad se voca-
vit, eisque mandavit ut secun-
dum Concordata judicarent, ve-
num Curia electo Episcopatum
adjudicavit secundum antiquios
rem disciplinam de quo Rex plu-
rimum offensus, necnon eo tem-
pore Archiepiscopatus Bituricen-
sis in Controversiam delatus in-
ter electum cognominatum Buell-
lium, & Guillelmum Parvum à
Rege nominatum à cuius Con-
fessionibus erat, Parvus ad Se-
dem Apostolicam provocavit, in
Curialis permansit per octode-
cim menses, Leo X. Electionem
confirmavit attento quod Eccl-
sia speciali eligendi jure gauderet.

25 Mar-
tii 1524. Interim Buellius decessit 25.
congregato Capitu-
lo ad eligendum ita divisa suf-
fragia, ut altera Canonicorum

P R A G M A T . S A N C T . 155
pars Dubreuillium , altera Turnonium , factum postea Cardinalem qui contentionem Papæ Clementi VII. dimiserunt qui in favorem Cardinalis Turnonii pronunciavit , deinde suspensis eligendi privilegiis , successores per viam nominationis Regiæ Episcopatum fortiti sunt.

Cum illarum nominationum Regiarum ad Episcopatus usus ipsi Regi maximè conduceret , alia tamen negotia majoris momenti tractanda habebat : Rex Angliæ ex parte Picardia ; Imperator in Provincia , necnon in Italiæ , deinde Comitis stabuli Borbonii rebellio , adeò ut ad id reductus fuerit , ut urgentioribus negotiis remedium adhiberet .

Ipsemet in Provinciam profectus , deinde in Italiam , dimisitque in Gallia Dominam Ludovicam à Sabaudia matrem Regnantem , cui præcipuum Ministrum dedit Cancellarium Pratensem .

Parlementum interea autoritatem suam conservare volens , quasdam modificationes adminis-

trationi Dominæ Regentis addere voluit, quod & plures reclamandi causas peperit, de quo Curia quosdam Articulos reclamationum edidit de inordinata statu Regni administratione.

JO. ADR. li. 1524 ante Paicha. Tertius vero reclamationum Articulus id habet quod Dominæ regenti supplicabitur, ut restituat & custodiat Libertates, Privilégia, Franchises Ecclesiæ Gallicanæ, Sanctiora Decreta, necnon Pragmaticam-Sanctionem, quod Sanctiora illa Decreta in eodem vigore & autoritate permaneant quo erant ante Concordata.

In quorum executione proindeatur Prałaturis & Dignitatibus Ecclesiasticis per viam veræ & Canonicae Electionis, nec vero favore, vel personarum ipsarum acceptatione, providendo saepius & inducendo in Ecclesias personas ignaras & indignas, contra Congregationum Ecclesiasticarum consensum & voluntatem.

Quod tamdiu Regnum floruit & properè gestum, quamdiu Pragmatica observata fuit, quin vero

PRAGMATICÆ SANCT. 157
ab eo tempore quo abrogata
fuit in varia discrimina incidimus,
usque ad subversionem statis.

Sed & Curia protestata est iisdem
reclamationibus , quidquid
in eo negotio tractatum fuerit &
executioni mandatum , Rex ipse
nec subditi intendunt discedere
à filiali obedientia Summo Pon-
tifici debita.

Cum Rex Franciscus I. cap. 24. Fe-
ratus hostium fuisse in prælio
Papiensi 24. Februarii anni 1524.
vix credendum in quis clades &
discrimina singuli Regni ordines
delapsi fuerint. 1524.

Parlementum interea maximam
rerum publicarum administratio-
nem suscepit , Domina regente-
ipsis communicante quidquid ma-
joris ponderis esset & momenti.

Illud in Registris Curiae habe-
tur , quod prædicta Domini Rec-
trix , postquam delegatos quo-
dam Curiae exaudiisset dixisse , se
conscientia majori scrupulo mo-
veri in executione Concordato-
rum procuranda , abrogationem
Pragmaticæ præcipuam causam

Fol.
411. in
Regist.
Cœcili
incip. in
Festo S.
Martini
anno
1524.

158 HISTORIA
esse clavis ipsius Ecclesiae & dis-
criminis in quod Rex ipsiusmet fi-
lius delapsus sit.

Necnon declaravit quod statim
post libertatem Regis in primis
curaturam ut predicta Concordia
revocarentur, ipsa Ecclesia
pristinæ libertati reddatur.

Ipsa die captivitatis Regiae Ste-
phanus Ponserius Archiepiscopus
Senonensis decessit, locum tenens
Generalis Senonensis ex mandato
& jussu Regentis inhibuit ipsi
Capitulo ne ad electionem pro-
cederet, & exinde redditus tem-
porales, mensæ Capitularis ma-
nis Regiae submisit, ex eo quod
verissimile sit ad electionem Joan-
nis de Salazar nepotis Præde-
cessoris Archiepiscopi processisset.

Rex vero per Dominam Re-
gentem nominavit, Antonium
Pratensem Cancellarium Francie
in vim Concordatorum; Capitu-
lum vero Senonense provocavit
ad Curiam propter Regiae manus
injectionem factam temporalibus,
dicens nullum præcepisse manda-
tum injiciendæ manus Regiae, qua-

P R A G M A T . S A N C T . 159
contestatio in consilium remissa
est Decreto Curiae , & interim
manus Regia amota.

Postea delegati ipsius Capituli
Senonensis exhibuerunt Curiae
Litteras Relevii in causa appellati
onis à libello citationis Decreto
ad requisitionem Procuratoris
Generalis magni consilii provocan
tis tanquam ab abusu , ab elec
tione , ab eodem Capitulo habita
de persona prædicti de Salazar.

Sed & Curia ut veterem or
dinem servaret libello supplici à
Capitulo porrecto , necnon ab
ipsomet electo , vadant ad Regem ,
quamquam Curia novisset , quod
Cancellarius Consilii Præsidens
principia partis locum teneret.

Interim Domina Regens solli
citati per Curiam , ut reclama
tionibus suis satisfaceret , dixit
plura esse quibus remedia adhi
benda , sed alia esse à Rege defi
nita etiam Concordata , quæ si
ne ejus injuriâ nec poterant , nec
deberent revocari in sui absen
tia , sed protestata est Rege li
bero existente Ecclesiam in liberat

Hoc eodem tempore nova dis-
fidii occasio suborta est. Abbatia
Floriacensis, sive Sancti Benedic-
ti supra ligerim vacavit, Curia
ut occurreret perturbationibus
quæ ejusdem quietem vexabant,
delegavit Senatorem, tuncque
Dominum Regenti nunciatum, eum-
dem dixisse Senatorem; Curiam
ipsam Dominam Regentem ad ter-
minos rationis reducturam.

Hæc eadem Domina insistendo
susceptæ menti, & voluntati ei-
dem Cancellorio beneficiendi,
eandem Abbatiam ipsi donavit,
adeò ut eodem tempore in con-
troversiæ fuerit apud Curiam, &
de Archiepiscopatu Senonensi &
de eadem Abbatia.

Sed enim cum Cancellarius
nollet Curiam Parlamenti de ne-
gotiis & controversiis suis, vel
cognoscere, vel definire, evoca-
tionem Causarum obtinuit ad
magni Consilii Judices.

Interim Dominus à Monte Mo-
rancio delegatus fuit ad Curiam
Parlamenti, ut ipsimet diceret

non posse cognoscere de Cuisis
Concellarii , demum conquestus
est Adveccatum Brociardum dix' s.
se quinques inter perorandum
Concordata maximo abusu reple-
ri , ægrè ferre Dominam quod
cum Curia quemdam ad Monas-
terium Sancti Benedicti transmi-
sisset, itque etiam Episcopum Pari-
siensem inibi plures sibi concilia-
se, ut Beneficium impetraret etiam
num modis illicitis adhibendis.

Eadem die Advocatus Regius
subnotavit , in præsenti sibi con-
silio non esse Concordata abro-
gari, ne infensus Papæ animus
addatur , & in id allegavit au-
thoritatem Honorii III. cap. fi-
nali de Transactionibus ; detra-
hendum est severitati Cunonicæ
pro statu Imperii conservando ,
seque nosse modum sub prætex-
tu Concordatorum restituendi ex-
parte electionum libertatem.

Verùm etiam dixit se admo-
nitum , declarationem haberi , quæ
cognitionem Episcoporum & Ab-
batiarum tribuat magno Consilio ,
sed nequaquam eamdem vidisse ,

nec in Curia publicatam , evoca-
tiones ad magnum consilium
maximam vexationem inferre Re-
gis subditis , eo attento quod Tri-
bunal sit deambulatorium.

Parlamenti Curia sub fide Do-
mini Montmorantii protestata est
de constantiori animo singulo-
rum de Curia circa Regis ob-
sequium. Nec in mente habuisse
Concordata revocare , nec opor-
tunum credere aut ex tempore ,
Regemque ipsum dum redierit id
exequi posse.

Sed enim negavit Curia Bochar-
dum dixisse quod ipsi imputare-
tur , cum etiam si de contraven-
tione Concordati facta conquaes-
tum sit , ab ipso Cancellario pro-
venisse , qui se nominandum pro-
curaverat à Rege Abbatiae Sanc-
ti Benedicti , cum non esset de
qualitate requisita secundum Con-
cordata , nec esset Monachus ,
quodque licitum erat iis qui spe-
ciali eligendi privilegio frueban-
tur eodem uti , quodque Mona-
chi dictæ Abbatiae Sancti Bene-
dicti eo gaudere dicuntur.

Verum enim Concordata non esse honestam conventionem , neque ex parte Regis , neque ex parte Papæ , namque Papa percipit Annatas quæ Simoniacæ dicuntur , & Rex nominat ad Episcopatus & Abbatias sibi in iunctis & reclamantibus iis quorum interest.

Præterea Curia addidit Religiosos S. Benedicti libellum supplicem sibi obtulisse , quo exponebant nullâ libertate uti , se legiones militares habere in Monasterio stantes , adeò ut requirerent ut Curia eidem incommodo mederetur.

In id dimissus & delegatus fuit Hostiarus Curiae , qui ita acerbè habitus est , ut indè moreretur : Deinde libello in id Curiae oblato , delegatus Senator ut in id inquireret , sed rebellio commissa violentior quam antea de quo Decretum emunavit copius cipiendum .

Postea exhibuit factum contingens de Archiepiscopatu Senensis , prout superius habitum .

quod Sanctum Benedictum non agebatur de privilegio eligendi, sed tantum ut eligendi libertas Monachis redderetur, & quod in id ad Curiam recurrerant, ut supra dictum est.

Quoad vero evocationes Cuiusfarum damnosas esse dicit, easque de Archiepiscopatu Senonensi, & Abbatia Sancti Benedicti cateris damnosiores, cum Cancellarius magni consilii caput exhibeat, si in cuius Prætorio delectos à se Consiliarios præposuerat, nec non rescierat Cancellarium mississe Romam ut hæc duo Beneficia impetraret.

Sed & addidit Curia sibi innotuisse Dominam Regentem evocare velle viros peritos, ut de eo negotio tractarent, illudque deciderent, quod periculosis eret sequelæ.

Cancellarium utique virum esse prudentem & sapientem, magnis animi dotibus instruatum, sed etiam id velle Curiam se nullis insignitum, namque addidit nullas dari potest quacumque præ-

P R A G M A T . S A N C T . 165
denta munitus fuerit , qui tan-
tam Monarchiam solus & admi-
nistrare possit , velletque Curia
ut Regni negotia leviori & ho-
nestiori agendi modo tractaret
non ex privata ultione.

Postea Curia dimisit ad Præ-
sidem de Selva & Dominum
Verjus Senatorem mandata , ut
Dominum Regentem instruerent
de rectiori mente Curiae & pro-
batori præ aliis circa negotium
Archiepiscopatus Senonensis &
Abbatia S. Benedicti .

Sed Domina Regens auditis
Curiae delegatis , dixit se velle ad
se vocare hæc duo negotia , &
congregare viros pudentiores ut
de iisdem negotiis decernerent.

Cancellarius vero testatus est
Curiae delegatis , se minus satis-
factum de procello Curiae , sed &
vexationes quæ & Senonis , &
in Abbatia S. Benedicti passus
fuerat , ex authoritate Curiae com-
missas , se utique velle exaudiri , il-
ludque mentis Curiae esse , ut Con-
cordata dissolveret . Interea Can-
cellarius processus & instrucio-

22. Ju-
ni 1525

nes peragi mandavit in magno
Consilio contra ipsosmet delega-
tos Curiæ.

Die 22 Junii anni 1525. Lise-
tus Advocatus Regius cum ref-
ciisset Citationem inscriptam Do-
mino Hennequin, ut magno Con-
silio sese exhiberet, dixit illum
quod executus fuerat tanquam
Curiæ Delegatum peregisse, &
solius Curiæ partes esse, ut de eo
decerneret.

Quoad illud verò quod Do-
mina Regens dixerat velle se avo-
care duo illa negotia seque di-
judicanda commissuram viris pro-
batis, majoris esse ponderis &
momenti, quod tenderet in ever-
sionem judiciorum ordinariorum,
ipsique subnotandum esse, ex eo
quod Cancellarius Commensalis
erat & domesticus de ejusdem ne-
gotiis decernere non debere.

Nec etiam illud justius nec
æquius fore Episcopatum & Ab-
batiarum Causas Parlamento adi-
mi, ut magno Consilio dijudi-
candæ demitterentur, necnon Cu-
riam ad ea negotia dijudicanda

ulterius progredi debere , eo quod ageretur de excessibus & violentiis inibi peractis , nec vero de negotio principali.

Cum Domina Regens Lugduni degeret , ad Parliamentum rescripsit , Litteræ sunt diei 24. Junii testatur mœrorem quod Curiam commissam inspiceret & disceptantem cum magno Consilio , utque disceptationi finem adderet decreuisse negotium ad se advicare , & Litterarum delatorem præ manibus habere Litteras evocatorias quæque confectæ fuerant ex consilio delegatorum Curiæ.

Quoad vero disceptationem Cancellarii Litteræ habent nominationem habuisse ad Archiepiscopatum Senonensem , necnon electum fuisse suis precibus ad Abbatiam Sancti Benedicti , ipsumque sapius illud obtulisse jus suum à viris probis , nec suspectis examinandum , s. i minus fundatum dicerent iisdem Beneficiis cessatum & renunciationem factum.

Litteris Evocatoriis perlectis
Lisetus Adyocatus Regius contra
easdem peroravit, earumdem pon-
dus & momentum subnotavit, &
periculosiores esse sequelas, nec-
non in id conclusit reclamatio-
nes in id ad Dominam Regen-
tem habendas, & interim inhi-
bitionem nunciandam easdem exe-
qui quoad Curia responsum ac-
cepisset, partibusque ullibi pro-
cedendi præter quam in Curia,
& sese exhibendi magno Consi-
lio sub pœna casus litis, & cen-
tum märcharum auri.

Veturum & Litterarum earum-
dem lator interrogatus, & ex res-
ponsis innotuit ipsum Cancella-
rium ipsi Litteras dimisisse, eas-
que quæ fidem eidem habendam
dicerent, Dominamque Regen-
tem eidem injunxisse, ut illud
exequeretur, quod sibi dictum
foret à dicto Domino Cancella-
rio.

Postea 3. die Julii anni 1525.
Decretum habitum quo Decuriis
omnibus congregatis sancitum
Decretum prius de Archiepisco-

3. Junii
1525.

patu

P R A G M A T . S A N C T . 169
patu Senonensi , & Abbatia Sanc-
ti Benedicti executioni mandan-
dum , nequaquam obtinente evo-
catione , inhibitio habita Procu-
ratori Generali , ipsisque parti-
bus alibi quam in Curia sese
exhibendi sub pœnis antea dic-
tis.

Vigesimâ septimâ Julii inseguen-
ti Procurator Generalis apud Cu-
riam conquestus est , quod Au-
reliis publicè proclamatum fuerat,
ut nullus Decretis Curiae obsequ-
etur prolatis de negotio Abbatiæ
S. Benedicti.

Sed & Curia congregatis sin-
gulis classibus , decrevit se res-
cripturam ad Dominam Regen-
tem , ut dimitteret Domini-
num Cancellarium in Cu-
riam , ut cum eo colloqueretur
de negotiis maximi ponderis &
momenti , & in id etiam ad dictum
Dominum Cancellarium res-
cripsit.

Necnon quidam ex Senatori-
bus Curiae delegati fuere , ut Ac-
ta perscrutarentur , & evolverent ,
& in iis inspicerent Litteras EVO-

27. Ju.
lii.

catorias & alias extraordinarias
sigillatas & expeditas per dictum
Dominum Cancellarium, & quod
inquireretur ab illis super Arti-
culis quos subministrabit Procu-
rator Genetalis, & in mente Cu-
riæ retentum, quòd si Dominus
Cancellarius intra diem 15. men-
sis Novembris proximi, non ve-
niret, quod citaretur personali-
ter adfuturus.

Verùm & illis duobus nego-
tiis aliud successit. Abbas Sancti
Euvertii Aurelianensis decessit;
alius in defuncti locum electus,
Domina Regens nominavit Lu-
dovicum Chantereau, & Curia
indixit ne de eo negotio cognos-
ceret, quod & ad se evocavit,
de quo appellatum, & applica-
tio à Curia admissa; sed enim Do-
mina indignata, quod à manda-
tis ipsius provocatum fuisset, ad
Curiam rescripsit, sed & Curia
ad rescripta respondit Actum tui-
turam.

22. Au-
gusti

1525.

Vigesimâ secundâ Augusti Lise-
tus Advocatus Regius dixit se ex
Mandato Curiae inspexisse Decres-

PRAGM A T. S A N C T. 171
tum à Prætorianis Judicibus emis-
sum quod cassabat quoddam Re-
levium appellationis impetratum
à Religiosis S. Euvertii Aurelia-
nensis ut nullum & abusivum
Sindicum ejusdem Abbatiae, &
viatorem Relevii executorem cor-
poraliter apprehendendos, quod
Procurator Generalis Curiæ cita-
retur personaliter adfuturus, in-
hibitione habitâ regularibus com-
parendi Curiæ.

In id magnificè præfatus est
de Authoritate Curiæ ordinarii
Tribunalis, Consilium Regium
judicia habere non debuisse de
his negotiis ordinariis, & con-
clusit reclamationem habendam
delegatis pluribus Consiliariis, &
dum expectaretur responsio Do-
minæ Regentis illud petiit injun-
gendum locum tenenti Generali
Aurelianensi & aliis Officiariis ne
paterentur exequi ulla mandata
Consilii absque prævia inspectione,
et si viderentur adversantia au-
thoritati Curiæ & disceptationi-
bus in Curia pendentibus, ut il-
li quæ habetur de Abbatia S. Eu-

Hij

vertii inhibitionem faciant ea exequendi, & si eisdem obtemperatum non fuerit, corporaliter & capiant & remittant vincitos in custodiam Palatinam.

Verum Domina Regens cum Litteras Curiæ recepisset, quibus rogabatur emittere Dominum Cancellarium in Curiam, rescripsit velle se monitam haberi rationum motivarum Deliberationis habitæ, & ad eamdem quosdam cimitterent.

Lisetus Advocatus Regius se excusari volebat memorialium instruendorum adversus Cancellarium, sed eidem dictum à Curia quod muneri suo satisfaciendum haberet.

c. Septembris

Quintâ die Septembris Decretum prolatum quo statutum Decreta de negotio Abbatiae S. Euvvertii habita executioni mandanda, non obnitentibus illis quæ in magno Consilio proleta fuerant, Procurator Generalis magni Consilii citatus ut Curiæ compareret, inhibitio habita Procuratori Generali comparendi co-

P R A E M A T . S A N C T . 173
Nam magno Consilio.

Interea Parlamentum per de-
legatos suos Dominæ Regentæ
supplicandum mandavit , ut per-
mitteret executionem Decretorum
Curiæ , necnon rescripsit ad Prin-
cipes , Duces , & Pares Franciæ ,
ut apud Dominam Regentem in-
sisterent , ut Authoritas Curiæ ser-
varetur , & Decretum Ducibus &
Paribus Franciæ rescribendum ut
invitarentur adesse Curiæ , in cras-
tina die Sancto Martino sacra in
Parlamento proximo , ut cum illis
colloquium haberetur de negotiis
gravioribus , quod si Cancellarius
intra diem 15. mensis Decembris
Curiæ non adesset , eidem diem
dicendam ut præsens compareret.

Adveniente Festo S. Martini
anni 1525. Præses de Labarde re-
versus à Domina Regente , dixit
Curiæ dictam Dominum ipsi val-
dè conquestam de Senatu qui res-
tringere & limitare voluerat po-
testatem ab ipso Rege sibi de-
mandatam , Curiam velle decer-
nere de quibuscumque negotiis.
Et tandem deuenit ad quæ

1525.

tiones evocationum causarum Archiepiscopatus Senonensis & Abbatiarum Sancti Benedicti & S. Euvertii, seque Curiam monuisse mentis suæ per plures processus & Primates, neque in quoquam Curiam obtemperasse.

Verum cum Curia adverteret contentiones in dies excrescere, scripsit ad Dominam Regentem ut eandem rogarent, ut processus habitos iu magno Consilio suspendendos mandaret de illis omnibus negotiis Curiam suspensuram contentiones omnes quæ de iis apud Curiam habebantur, necnon declarat Curia mentis sua nunquam fuisse limitandi aut restringendi potestatem ipsi creditam, neque convocandi generales Regni Ordines eadem inscia.

Sed enim quoad Concordata eandem promisisse, ut Rege libertati restituto curaret apud ipsum ut Ecclesia Gallicana reddeatur pristinæ libertati; quod vero ad Cancellarium spectabat id solum voluisse Curiam fraterno congressu cum eodem de negotijs colloqui.

Illud verò negotium suspen-
sum remansit per quosdam men-
ses, interim conventio Madriti
habita finem habuit, Rex liber-
tati redditus, & in Regnum re- Aprilia
diit mense Aprili 1526. 1526.

Interea Dominus Cancellarius illud prosequebatur, ut quod si- bi proposuerat ad finem perdu- ceret, Commissorias Litteras ob- tinuit signatas Robertet; quibus Rex delegabat unum ex Consiliariis magni Consilii, ut inqui- reret contra Franciscum Poncher Episcopum Parisiensem.

Quod post decepsum Avun-
culi Stephani Poncher Abbatis Floriacensis ad electionem ejus-
dem Abbatiae consequendam plu-
res collationes Beneficiorum in
gratiam Monachorum conferat
per anticipationem dierum, &
ut suffragia eorumdem captaret
mille sordes perpetrasse, tandem
commisisse plures inobedientias Mandatis Dominae Regentis, il-
ludque Rex mandabat ut inqui-
sitione factâ ad eum deferretur
clausa & sigillata.

Vigesimo nono Maii anni Ma-
tii 1527. Actuarius Parlamenti
congregatis classibus dixit Domi-
num Cancellarium ipsummet in-
terrogasse de quibus delectis que
prætendebat in Registris Consil-
ii anni 1524. ut resciret quis de-
leverat , & an ex Curia Man-
dato , seque respondisse duas ex-
punctiones habitas ex Mandato
Curiae 27. Julii & 5. Decembris
1525. ratione quarundam cita-
tionum Decretarum contra dic-
tum Dominum Cancellarium, quas
Curia scribi mandaverat in secre-
tiori Registro ; quod vero spec-
tabat ad alias expunctiones com-
missas fuisse relatione Registro-
rum habita cum minutis origi-
nalibus , dictumque Dominum
Cancellarium mandasse ad se de-
ferri minutas originales Registro-
rum ut conferret simul & Regis-
trum secretum.

Verum etiam iis exauditis, per-
misit Curia Actuario , ut minu-
tas originales dicti Registrum Con-
silii deferret anni 1524. dicto Do-
mino Cancellario , ut eadem ins-

P R A G M A T . S A N C T . 177
piceret , & de iis ad Regem re-
ferret , quod verò ad secretius
Registrum , simul & ea omnia quæ
apud Curiam erant.

Interim Domina Regens &
Cancellarius , qui nequaquam obli-
ti fuerant præteritarum dissen-
tionum , instruxerunt Regem de
iis omnibus , adeo ut 24. Julii 1527.
præpositus Parisiensis man-
daverit , Tillio Actuario Curiæ
ut moneret eandem Curiam , ut
conventum haberet pomeridianâ
sessione in majori concessu quo
potuerit , quo habito præpositus
Parisensis adiit Curiam , ut di-
ceret Regem eos ad se vocare.

Cum Præsides & Consiliarii
coram Rege adessent , mandavit
Rex Amanuensi Regio & sacrarum
iussionum Roberto , ut perlegeret
quoddam Edictum , quod Rex ins-
cribi vellet tam in strictiori Con-
silio , quam in Curiis Parlamenti .

Lectione peractâ cum Rex ani-
madverteret Præsides & Consilia-
rios simul conferre , ut eidem in-
tercessiones suas haberent , statim
surrexit , & in Cameram se rece-
per Huy

pit, & dicti Praesides & Consilia-
rii postea reversi sunt.

Vigesimā septimā Julii Rex ad-
fuit Senatui & pronunciationi
Decreti contra Comitem stabuli
Borbonum, Rege abscedente Ro-
bertus Secretarius sacrarum ius-
tionum dimisit. in manus Tillii
Curiæ Actuarii Litteras Pergamo
inscriptas non sigillatas ab eodem,
nec vero Rege, die adiectâ 24.
Julii, eidem dixit Archiepiscopum
Senonensem Cancellarium Fran-
ciæ ei mandasse tradendas ipsi
eadem Litteras, sciriis Curiæ ins-
cribendas.

Cùm Actuarius illud Curiæ nun-
ciasset, velletque Litteras Regias
perlegere, dictum est à Curia, ut
illud exequeretur quod sibi placue-
rit, quodque sibi mandatum fuerat.

Illæ verò Litteræ illud habe-
bant, Regem inhibere Parlamen-
to, ne se miscerent in dirimendis
status & Regni quæstionibus; inhi-
bebat etiam omnem Curiam, Ju-
risdictionem & notionem causa-
rum Archiepiscopalium, Episco-
palium & Abbatiarum: Revoca-
bat quæcumque limitationes &

modificationes , quas adhibere potuerat & adscribere potestati creditæ Dominæ Matri; mandabat quæcumque Registris Curiæ mandata forent imminuentia potestatem dictæ Dominæ , sibi exhibenda ut cancellarentur.

Illud amplius Rex declarabat Curiam nec Jurisdictionem , nec potestatem habere in Cancellerium Franciæ ; illudque velle , ut quæcumque in Registris Curiæ inscripta fuerant contra eundem Cancellerium , delerentur penitus & expungerentur. In sequelam illicius Edicti Rex declarationem suam promulgavit , quâ magno Consilio mandabat , & conscribebat Jurisdictionem Caurum Archiepiscopatum , Episcopatum , Abbatiarum , Prioratum Conventualium & Electivorum , ad ea pertinentium & ab eis dependentium.

Vigesimâ die Decembris Antonius de Belsier , Consiliarius magni Consilii venit in Parliamentum , qui secum detulit Decretum pronunciatum à Rege in strictio-

ri Consilio , continens quòd Rē-
ge captivo existente, Abbatia S.
Benedicti vacaverat, Baillivum Au-
relianensem in ipsius status com-
modum statim manui Regiæ sub-
miserat fortiora quædam propuga-
nacula quæ ab eadem pendebant.

Verūm etiam Dominam Regen-
tem rescripsisse ad Religiosos ejus-
dem Abbatiaꝝ , quòd si speciali eli-
gendi privilegio fruerentur, illud
statim ad se referrent , quod &
executi sunt : tunc Dominam Re-
gentem eisdem exposuisse mentem
suum, quæ in id tendebat ut Can-
cellarium eligendum vellent ; &
in consequentiam dedit in manda-
tis quibusdam nobilibus, ut ad eam
Abbatiam progrederentur, ut pos-
tularent eidem Cancellarium, ubi
ex veris est quod quædam extra
ordinem habita sunt.

Sed enim dicta Domini ins-
junxit Religiosis & aliis ut illi in
libera eligendi facultate mane-
rent, necnon instructa Stephanum
Poncherium Episcopum Pa-
risiensem magnas confœderatio-
nes iniisse per simoniam aut ali-

PRAGMAT. SANCT. 133
modo , ut electionem sibi pro-
curaret , ipsamque Curiam suas
partes in eo negotio dirimendo
suscepisse , quod tamen exequi ne-
quaquam poterat propter Edic-
tum Regium Regis Ludovici XII.
confirmatum per eundem Domi-
num Regem , quo inhibebat Cu-
riæ notionem Episcopatum &
Abbatiarum .

Quapropter dictum negotium
evocasse ad magnum Consilium ;
nihilominus Curiam iteratis vici-
bus delegasse duos Senatores Do-
minos Disque & Hennequin ut ex
dicta Abbatia expellerent quos
Domina emiserat in eamdem , tan-
demque provocatum à dictis de-
legatis , ad magnum Consilium
Curiamque rursus interdictam ,
quod omni effectu caruit .

Sed & illud Domina Regens
perspiciens eandem causam ad se
evocasse , & ad eos quos delega-
ret , & inhibuit Curiæ omnem no-
tionem & magno Consilio , cui
tamen Curia nequam obtem-
peravit , quod Regni hostibus spem
addere poterat Regni invadendi

propter majorem divisionem.

Sed & illud additum dictam Curiam propter hæc minus satisfactam, criminaliter processit in eos quos Domina Regens immiserat, atque etiam contra Baillivum Aurelianensem per suspensionem ab officio, & in bona manus Regiae adjectionem, quod & executioni mandatum per Nicolaum Gallum, alias Le Coq, ad supplicationem Procuratoris Generalis Franciscum Rogerium.

Verum post regressum Domini Regis Baillivus Aurelianensis apud Regem conquestus est, nec non petiit emendationem plurimū injuriarum, quæ sibi illatae fuerant in vim Decretorum Curiæ, & obtinuisse evocationem ad Regem ipsum; in cuius consequentiam dicti Senatores Hennequin, Disque, Gallus alias Le Coq, Rogerius & Poncherius Episcopus Parisiensis citati fuerant, & tanquam partes evocati, cumque omnes comparuissent præter Episcopum nullam aliam rationem allegaverant, quam ex ordine qui

PRAGMAT. SANCT. 1527
sibi à Curia injunctus erat.

Quamobrem ipse met Rex in Consilio cassavit omnia , quæ Curia in ea materia decreverat , & omnes executiones quæ insequutæ fuerant , & attentitia contra Edictum generale , evocationes , significations , & inhibitiones , nec non Officiarii contra quos Curia pronunciaverat restitui in bonis & Officiis , & admissio in Curiam inhibita dictis Hennequin , Disque , Le Coq & Rogerio , eo usque quo Rex ipse Curiam exaudisset.

Necnon Jus dixit iisdem Officiariis super honorificis reparationibus , impensis , damnis , & iis quæ intersunt à quibuslibet prætensis , & in id delegatus Magister supplicum libellorum , vel Consiliarius magni Consilii & executioni mandatum dictum Decretum , quod exactum fuit apud Sanctum Germanum in Layo 10. die Decembris 1527. signatum per Regem Robertum.

Sub finem anni Rex ipse properiter repetitas querelas quod for-

ma mandatorum , prout erat inscripta in Concordatis neutquam observabatur , licentiam ita invaluisse ut ordinarii amplius gravarentur , quam Concordatis conventum fuerat , atque etiam huic corruptelæ sua probatio non deferset Papam Clementem VII. Bullâ quâdam declarasse formam mandatorum Concordatis inscriptam non esse substantialem , sed tantum exemplariter insertam.

Rex , inquam , innovationem illam hujus consequentiæ credit ut convocaverit magnum & ampliorem numerum Prælatorum in Parlamento in Camera auditorii , uti negotium exagitatum fuit.

Cum Rex itaque meminisset Concordata inita fuisse , & transisse in vim & authoritatem Contractus , quibus contraire non posset absque ipsius consensu , formamque mandatis ipsis inscriptam essentialiæ esse & substantificam declaratione sua de die 29. Martii anni 1527. ante Pascha , ea omnia mandata quæ for-

max Con cordatis inscriptæ non
convenirent , non admittenda ;
neque probanda , sed omnino re-
j cienda, ut nulla & invalida.

Sed & cum Regi innotuisset
diversos & minus convenientes
modos quibus in Regno provi-
deri consueverat , Episcopatibus
& Abbatii s , plura incommoda
parere , Papam Leonem X. se-
c idem concessisse nominationem
Ecclesiarum , quæ nullo eligendi
privilegio fruebantur ; & cæteris
ius eligendi servatum , sed inde
omnia incommoda quæ electio-
res ipsas concomitari solebant
ingravescere simonias , longiores
contentiones , & majores impen-
sas , & tandem Ecclesiarum ipsa-
rum ruinas & clades.

Rex igitur Papæ Clementi VII.
observari mandavit sedente Con-
sistorio anno 1531. per Ducem
Albanensem & Cardinalem Gran-
di-Montensem , ut eidem place-
ret concedere nominandi facul-
tatem , & ipsis Archiepiscopatibus,
Episcopatibus & Abbatii s , quæ
privilegium eligendi intactum fu-

1531

Papa consistorialiter sedens delegavit Cardinales Sanctorum quatuor Tranensem & Cessium, ut deliberarent quid agendum super Regis postulatione.

Sed & eorumdem relatio id habet sibi æquum videri Regi concedere quod petierat, ut vitæ suâ durante privilegio & iure concessò uteretur, suspendendo per id tempus privilegia eligendi quibus illæ Ecclesiæ utebantur.

Sed illud amplius ejus esse mentis & consilii, ut ipse Rex sub pœna decidendi tali privilegio curaret observari articulum Concordati de expresso valore Beneficiorum, ut memoriale omnium Ecclesiarum & Monasteriorum, quæ eligendi privilegio fruebantur confici curaret ; ut contentionibus quæ inter Parlamentum & Sedem Apostolicam suboriri possent, finis adderetur

Sed & earumdem Ecclesiarum vacatione occurrente, Rex nominabit personas qualitatum in Concordatis expressiarum intra deci-

mum diem à vacatione curren-
tem, necnon nominationem suam
præsentabit Papæ intra duos men-
ses, aliàs elapsis Papa providebit
intra mensem ; Papa verò ces-
sante providere; Capitula vel Mo-
nasteria pro hac vice eligent.

Quòd si hic Articulus Regi non
placeret, videbatur Cardinalibus
delegatis, Regem posse consen-
tire, spolia Episcoporum & Ab-
batum decendentium & fructus
Ecclesiarum, donec provisum fue-
rit contentiones ratione veri va-
loris Beneficiorum in futurum
tractandas apud Judices Eccle-
siasticos.

Causas beneficiales Cardina-
lium & Officiariorum Curiæ Ro-
manæ terminandas in Curia Ro-
mana, nec verò in partibus, sed
& cum Rex nominatus fuerit,
custos & conservator Concorda-
torum, & obligatus per Bullas
Pontificias ad eorum observatio-
nem, rationi consentaneum vi-
deri, cogendum ad executionem
in Curia Romana, in Auditoriæ
Rotæ ubi aiunt Cardinales, de-

feruntur causæ totius orbis cognoscendæ & terminandæ, & illud proponunt pro fundamento Consilii, in hoc articulo Sedem Apostolicam nunquam adversatam Concordatis.

Illi delegati Cardinales consilium sive Consultationem dederant Cardinali Grandi-Montensi, qui misit ad Regem qui responsum dedit satis diffusum.

Sed enim Rex dicebat easdem causas & rationes quæ ad id impulerant ut abrogarentur electiones in pluribus Ecclesiis sui Regni, quæ nullum eligendi privilegium habebant, ad id etiam impellebant ut abrogarentur in iis Ecclesiis, quæ speciale eligendi privilegium se habere jactabant eas namque Ecclesiæ nunquam in vim talis privilegii elegisse, sed ex jure communi.

Ecclesiæ quibus Rex nominabat, tranquillâ pace fruebantur aliæ verò in perpetua contentione erant, se equidem optare electiones fieri posse cùm quâ decet sanctitate quod si attendatur ad ta-

PRAGMAT. SANCT. 189
lia privilegia , non ea erat ut sic
appellari debeant concessa esse à
quatuor aut quinque Pontifici-
bus qui nullis reservationibus ute-
bantur.

Sed & eâ ratione concessa pri-
vilegia quod Principes electiones
impedirent , & Prælatos promove-
bant ex mera voluntate quod im-
pulit Ecclesiæ ut recurrerent ad
Sedem Apostolicam ut in sua
protectione essent & inhibitiones
fieri obtinebant non turbandi in
libertate electionis , & nihil am-
plius , & eæ omnes Bullæ ad ean-
dem formum confectæ sunt.

Quin etiam si Papa Leo X.
suam sententiam non protulisset
in favorem Ecclesiæ Bituricensis
super eodem privilegio fundatam
Primores Regni & sapientiores
ejus futuros Consilii quod ejus-
modi Bullæ dici non possent pri-
vilegia sed protectiones.

Verum etiam eam gratiam quam
Rex sibi impetriri desiderabat , in
articulo veri valoris exprimendi
ei denegari non debere , ipsum ,
que Regem illud nunquam imp-

pedisse vel Edicto , vel alio modo , nec rationi consentaneum fore hanc questionem agitare coem Judicibus Ecclesiasticis Franciae , illudque majus scandalum excitaturum , si ante possessorium per Judicem Regium definitum non fuisset.

Sed enim in id Bulla quædam extat Martini Papæ V. & amplius in possessione versamur immemoriali , & inutile fore quaerere quænam sint illæ Ecclesiæ quæ speciali eligendi privilegio gauderent , quia nunquam dubitatum de iis Ecclesiis quæ tali privilegio fruebantur , & minus adhuc dubitandum post sententiam à Papa Leone X. de Ecclesia Bituricensi redditam.

Quoad consilium quod inducere tentat novam formam nominandi Ecclesiis quarum privilegia suspensa habebuntur , Rex illud respuit , cum nusquam videret ; cum forma Concordatis comprehensa sequi non deberet.

Quin etiam Rex longius obiecit & expulit petitionem spo-

liorum Episcoporum , cum non crederet eam esse mentem Summi Pontificis qui de Annatarum perceptione se satisfactum probaverat , ea spolia ad hæredes pertinere , qui ad reparations Ecclesiæ tenebantur , quod erat vetus Galliæ consuetudo.

Necnon Abbatum spolia ad successores pertinere secundum jus commune , & inserviebant ad exsolvendas Annatas , verum fore impossibile eam habere taxationem veri valoris Beneficiorum cum redditus sint incerti .

Quantum verò ad Articulum de causis Cardinalium , Rex intendebat , quòd Articulus Concordatorum observaretur necnon Rex addidit nusquam dari posse , quòd defuerit observationi Concordatorum , sed Romæ multa tentata fuisse contra Concordata , quibus Francia semper occurrerat , & si haberetur aliquid in quo quid admissum fuisset in Francia contra Concordata , id factum fuerat ex ipsius Papæ consensu .

Cæterum Rex ipse met declaravit se nunquam passurum ut lites & controversiae Romæ terminentur, ut postulabant delegati Cardinales, eo attento quod Regnum suum pluribus privilegiis gauderet, & Juribus quæ omnino decreverat custodire exemplo prædecessorum suorum motus.

Verum ad capita ordinum de quibus Papa ei præfari curaverat, illud libentius probare ut privilegiis suis eligendi gauderent ea conditione ut Rex tres ordinis ejusdem nominaret ex quibus unum necessariò eligere haberent.

Cum nimis Rex consideraret quod Monasteria illa in quibus Capita ordinum sedebant in confinio Regni & locis Limitrophis sita erant, & quod ejus intererat, ut iisdem locis haberet viros probatae fidei, ne aliquid ibi committantur, quod pacem Regni turbare possit, quæ accidere possent per occursum exterorum Religiosorum qui in dies occurrunt in quodam memorialium loco. Rex ait Pragmaticam & Concordatam esse

P R A G M A T . S A N C T . 19^a
esse conformia , exceptis solis elec-
tionibus , quæ omnino abrogata
sunt.

Sed & Legatus Pratensis Can-
cellarius Franciæ memoriale etiam
fecit , quod & adjunxit ei quod à
Rege prodierat , & in pluribus
convenit , dixit petitionem spolio-
rum Episcoporum & Abbatum
omnem rationem & honestatem
lædere , Regem nec Regnum eam
exactionem nunquam passurum ;
& ex memoria hominum nulli ha-
bita fuerat petitio , quæ magis bo-
no publico adversaretur.

Nam & illud addidit , Papam
etiam à latere articuli adnotasse
non se enixè petere nec vildè cu-
rare : Observat impossibilitatem
confiendæ taxationis veri valoris
Beneficiorum.

Sed & illud observat ad peti-
tionem litium quæ ex omissa ex-
pressione veri valoris movebantur
dijudicandarum per Judices Eccle-
siasticos , & per rescriptum Apo-
tolicum , & dicens id non posse
exequi sine maximo incommodo
& laßione Juris publici , propter

possessorum, in quo Judices Ecclesiastici nec habent judicare nec cognoscere , nec permetteretur in Regno eisdem de iis cognoscere.

Namque si Judices sacerdotes & Laici partes suas non interponerent inter contendentes , committerentur homicidia vastationes & magnas coirent inter se congregations etiam armatas.

Verum quoad Articulum Causarum Beneficialium & Officiorum Curiae Romanae , quas petebant Curiales Romae dijudicari , dicit Pragmaticam-Sanctionem & Concordata continere , nec denegatum illud ita exequi , etiam quoad petitum Cardinales & Officiarios actu Officiis suis exequendis insistentes .

Si modo excipas tempus bellorum invicem commissorum , difficultatem viarum & contentiones inter Papam & Regnum subordinantes , vel cum quaestio est Beneficiorum jure Regali conferendorum quorum questionum nullus cognoscit praeter Parliamentum per Constitutionem Regiam &

P R A G M A T . S A N C T . 195
immemorialem præscriptionem
quæ nunquam in dubium revocata
fuerit.

Tandem postremo Articulo in
quo postulatur ut Rege Concorda-
tis ipsis derogante patiatur, Ro-
tam & Papam ipsum de iis con-
troversiis cognoscere, dicit Re-
gem nunquam progressum Ro-
mam litigandi causâ, cui rei nul-
lus etiam Rex Franciæ se submi-
sit.

Dicit etiam Reges nostros prop-
ter majora obsequia Ecclesiæ Ro-
manæ redditæ habuisse plura in-
signiora privilegia à Sede Aposto-
lica, quæ & ipse met Rex nun-
quam patietur imminui, etiam-
num eandem avocando à Regni
finibus excommunicando, aut Of-
ficiarios suos vel Regnum Galliæ
interdictis submitendo.

Præterea dicit sciendum in pri-
mis cujus partes erunt cognoscen-
di de controventionibus ab ipso
Papa habitis & commissis ipsi-
met Concordatis, cum ratio id
postulet ut ubique æqualitas ser-
vetur.

Tandem Regem ipsum ipsi-
met Concordatis adversari non
posse, nisi ipsemet Papa conser-
tiat, à quo & expeditio Bullarum
provenit, neque etiam Papam
absque consensu Regio, aliquan-
do vero ex utriusque consensu &
rationibus ad id eos inducenti-
bus Concordatis derogatum nec
alijs.

Ipsi sunt proprii termini Memo-
rialium ab ipsomet Legato emis-
orum qui etiam in uno articulo
dicit contra electiones, differen-
do eas plerumque peragi in dis-
sentione Electi coram suis supe-
rioribus contendunt, & eligentes
qui interim Sede vacante admi-
nistrationem spiritualem habent
contentiones in longius protra-
hant, & quamdiu in contentio-
ne & discordia permanent quis-
que fructus vacantis Beneficii per-
cipere contendit. Officiarios im-
mittendo & ut se tueintur ad Ju-
dices sacerdotes recurrent, quod
nunquam evenit in iis Ecclesiis,
que eligendi privilegio non fra-
untur.

Postque illi Memorialia vicissim exhibita ; Papa Clemens VII. Regi Breve suum indulxit , quo suspendebat vita Francisci I. Regis durante omnia eligendi privilegia quibus quædam Ecclesiæ & Monasteria Galliæ, fruebantur de ditque facultatem Regi nominandi eisdem secundum formam Concordatis inductam.

Cùm Rex Litteris suis Patentibus Bullas acceptasset , dimisit ad Parliamentum , ut eandem Registris inscriberet , mense Maii 1552.

Triumviri Regii dixerunt finem ejusdem Bullæ considerasse , atque etiam Legem sub qua in Francia agebatur , de qua nihil amplius disputandum , sed observandum , jure scripto revocationem privilegiorum consistere in libera Summi Pontificis potestate posse revocare quæcumque privilegia à se concessa , & à prædecessoribus suis quibuscumque Ecclesiis , & absque earumdem consensu , potiori ratione suspendere posse accidente Regis consensu , &

196 HISTORIA
in id concluserunt se nullam ra-
tionem habere propter quam pu-
blicationem Bullæ inhibere pos-
sent.

In consequentiam Bullarum mag-
num Consilium Decretum emisit
de die 11. Februarii anni 1532.
quo statutum in quibuscumq; Be-
neficiis verè electivis, sive habeant
privilegium eligendi, sive non,
quæ à tempore Concordatorum in
Curia resignata sunt, sive in favo-
rem, sive causa permutationis, in
provisionibus necessariam esse quo-
quo modo Regis nominationem,
nec admittendas provisiones expe-
ditas absque nominatione dicti
Domini, & possessiones quas adi-
ri contigerit; nullas & abusivas
declarandas.

S. Ju-
lianus in
antiqui-
tatis
Burgun-
dæ ta-
vellus
in Ar-
chiepis-
cepis
Seno.

Quidam Authores scripserunt
Cancellarium Pratensem Cardi-
nalem Legatum Sanctæ Sedis Apos-
tolicæ in Regno tentantem extin-
guere & abrogare memoriam
Privilegiorum omnium, cura-
visse mandari per Regem,
ut singulæ Ecclesiæ quæ ha-
bebant aut haberet prætendebant

privilegium eligendi pastores , si-
ve à Regibus , sive à Sunimis Pon-
tificibus , ad ipsummet Cancella-
rium deferrent , in dictâ die , quod
peractum est , dictumque Cardi-
nalem legatum ea omnia privi-
legia in ignem conjecisse .

Inspicitur ex iis quæ supra trac-
tata sunt , Papam & Romanæ
Curiæ insistentes Officiarios diu-
tius institisse , ut Concordatorum
articuli ñde expressione veri va-
loris Beneficiorum observationi
mandarentur suo pœna nullitatis ,
& nihilominus Francia' sese nun-
quam huic usui conformare po-
tuit .

Inductus erat in favorem Pa-
pæ , ut usque ad justum valorem
Annatas perciperet omnium quo-
rumcumque Beneficiorum : Sed
postquam Annatæ restriictæ sunt
ad Beneficia Consistorialia , quæ
subjacent nominationi Regiæ ,
conventum fuit quoad cætera Be-
neficia , ut ex apparentia satis-
feret Curialibus Romanis , qui vo-
lebant ut in quibuscumque Be-
neficiorum provisionibus verus va-

lor exprimeretur, cuius fructus & reditus anni non excedunt 24. ducatorum auri de Camera secundum communem estimationem: Et ut etiam obviaretur Annatarum exsolutioni, quæ debita fuisset si valor expressus esset ultra 30. ducatos.

Verum Articulus Mandatorum non amplius observatur, nec eorum in Francia ulla remansere vestigia: Sed supra observavimus, dum differeremus de Regia Declaratione anni 1537. quanti abusus irrepserant sub praetextu illius articuli: Verum ordo quem tunc inducere voluit, non omnimodo abusibus & inordinationibus mederi potuit adeo ut omnino abrogatus fuerit.

Sed enim Rex Henricus II. menti & proposito Francisci I. Regis Patrisque insistens, confirmavit Edictum diei 23. Julii anni 1527. Declaratione sua in formam Decreti anni 1552. qua magno Consilio attribuit, notionem controversiarum de Arthieopiscopatibus & Episcopatibus & Ab-

batiis, cæterisque Beneficiis quæ erant nominationis, collationis, aut præsentationis Regiæ, solâ regaliâ exceptâ, insimul de Leprosariis & Hospitaliis, & de xcessibus in possessione Beneficiorum commissis, circumstantiis & dependentiis.

Rex Franciscus II. cum inscrip-
sisset Parlamento probandum Edictum, continens remissionem causarum in casu Religionis ad Judices Ecclesiasticos, cum Cu-
riâ quasdam difficultates subno-
tasset, decrevit convocatis classi-
bus Regi habendas in id reclama-
tiones.

Sed & illæ reclamations id habent inter alia Regi supplican-
dum, ut attenderet ad id quod tutior modus & ratio extirpanda-
rum hærescon erat, providere Prælaturis personas dignas & ca-
paces, post publicationem Con-
cordatorum, in dictâ Curia ha-
bitam de expresso mandato &
jussu Regis, religio semper immi-
nuta fuerat.

Sed & ipsam experientiam do-



cere necesse ad restituendum statum Ecclesiasticum, reducere res ad id punctum quo erant ante Concordata & cum revocata non forent, nominationem personarum ad Dignitates, Prælaturas, & alias dignitates Ecclesiæ præcriptam esse in favorem Ecclesiæ Gallicanæ; Decretum inesse declarans nullas provisiones in contrarium habitas, nec debere derrogari aut per indulta aut per dispensationes.

Nominationem ad Monasteria Monialium non esse comprehensam in Concordatis; talem inordinationem vigere in Ecclesia, ut Regnicolæ destituantur sapius suis Pastoribus, Monasteria suis Prælatis regularibus; fundationes Regum & Subditorum penitus abrogatas, hospitalitates non servatas, Annatas & dispensationes esse prohibitas.

Nec etiam Curium silentio prætermittere posse, Papam in hoc Regno exigere plures pecunias occasione Concordatorum & dispensationum; contra omnes conf-



PRAGM A T. S A N C T. 201
titutiones sanctorum Decretorum
in expeditiones, quā ad Regem
perveniret oneribus omnibus ex-
pensis, Curiam Regi supplicare,
ut attenderet ad statum Ecclesie,
& provideret, cum sit verus custos
& protector supra cæteros Reges.

Rex Carolus IX. eodem anno
1560. convocavit singulos Regni
Ordines Aurelii, Ecclesiastici qui
primum Ordinem componunt
Carthas suas confecerunt, quæ
continent in articulis 33. 34. 35.
hæc verba.

Ecclesiastici Regi supplicant
curam omnem adhibere, ut re-
formatio habita in Concilio Cons-
tantensi & Basileensi nuper cele-
bratis & revocatis, verūm etiam
articuli rejecti in Congregatione
Ecclesiae Gallicanæ Biturigibus,
convocata temporibus Caroli VII.

Adeo ut illud exequendo impos-
terum provideatur Dignitatibus
Episcopalibus, Abbatii & aliis Be-
neficiis electivis, tam regularibus,
quām sacerdotalibus per Electionem,
prout observatum fuit, & secun-
dum Sanctiora Decreta Conci-

1560.

liorum Anthiocheni, Carthaginensis, quorum executioni Reges prædecessores semper invigilarunt, usque ad Papam Leonem X.

Etiamnum Clodovæus primus Rex Christianus, Sanctus Carolus magnus, Philippus à Deo datus, Sanctus Ludovicus, Philippus Pulcher, Ludovicus Hutenus, Rex Joannes, Carolus VI. & VII. in quorum observationem plures optimas & sanctas Sanctiones publicatas in Curia Parlamenti habemus, in qua plura Decreta prolatæ fuerunt iisdem Decretis conformia, Oratoribus & Procuratoribus Sanctissimi nostri Patris Papæ & Officiariis Cameræ exauditis, & non obstantibus eorumdem oppositionibus aut protestationibus contrariis.

Necnon 38. Articulus exhibet utilitatem & commodum Ecclesiarum Gallicanarum proventurum ex abrogatione Annatarum & vacantiarum & impensarum, expeditionum Bullarum; neque curandum deabusibus in electionibus ipsis committi solitis quibus remedium adhiberi poterit

Responsum Regis iisdem Cartis fuit, se delegaturum Romam virum magnificentem & scientificum, ut procuraret Papæ eosdem articulos, & intentum procurandi observationem Pragmaticæ Sanctionis, & impediendi collectionem Annatarum, Regiamque Majestatem iisdem provisuram post responsum à Papa ipso acceptum.

Verum & alii duo Regni Ordines petierunt à Rege electionum restitutionem, & super iisdem post electionibus Rex suum Edictum confici curavit, & Curiæ inscripsit.

Procurator Generalis conclusionibus suis consensit, & requisivit, quod vacatione adveniente per mortem, resignationem, aut alio modo Archiepiscopatum & Episcopatum procedatur ad electionem virorum 30. annorum, probatae vitæ & morum, prout requireretur à sanctis Conciliis in forma subsequenti.

Scilicet Archiepiscopatibus per suffraganos Episcopos & Provin-

ciæ , & capitulum Ecclesiæ Archiepiscopalis vacantis , & Episcopatibus per Archiepiscopum & Capitulum Ecclesiæ vacantis , convocatis duodecim primoribus urbis delectis in hospitio communi ejusdem urbis per Majores & Scabineos & Consiliarios ejusdem urbis.

Verum electus eadem forma Regi exhibebitur , & superioribus Ordinariis ad confirmationem obtinendam ab eodem superiori gradatim , & Regi præstare juramentum fidelitatis in talibus requisitum. Præterea requisit ut Abbatii & Prioratibus Conventualibus , & præcipuis Dignitatibus Ecclesiarum Collegiatarum provideretur per viam Electionis secundum Sanctionem Concilii Basileensis receptam , & approbatam ab Ecclesia Gallica na.

His Conclusionibus habitis & ex scripto delatis , Parlamentum reclamationes suas ex scripto Regi exhibuit super pluribus articulis ejusdem constitutionis ; ecce quid contineant super facto Electionum,

Quantum ad primum Articulum
præsentis Constitutionis contin-
gentem ad nominationem & præ-
sentationem Archiepiscopatum,
& Episcopatum, Parlamentum
supplicat Regiæ Majestati , ut
eidem placeat in vicem ejusdem
constitutionis sancire Concilium
Basileense servari , & electiones
restitui secundum Pragmaticam-
Sanctionem , quoad Archiepisco-
patus & Episcopatus necnon Ab-
batias , saltem Laicos & Sa-
cula-
res ab electionibus amovendos &
& inhibere Annatarum collectio-
nem & vacantiarum Archiepisco-
patum , Episcopatum , & alio-
rum Beneficiorum consistoria-
lum.

Sed & Regi placebit iterum
sancire Abbatissas & Priorissas
triennales fore , & eligi per solas
Moniales , & electiones confirma-
ri per superiores absque necessita-
te progrediendi Romam, easdem
Moniales in casu contentionis &
litigii super electionibus remitten-
das ad Judices ordinarios.

Post ipsas reclamationes Regi

ipſi exhibitas, Constitutio Aurelia-
nensis publicata fuit in eam formā.

Articulus primus. Omnes Ar-
chiepiscopi & Episcopi impos-
terum vacatione adveniente eligen-
tur & nominabuntur, scilicet Ar-
chiepiscopi per Episcopos Provin-
ciæ & Capitulum Ecclesiæ Archie-
piscopalium.

Episcopi per Archiepiscopum,
Episcopos Provinciæ & Canoni-
cos Ecclesiæ Episcopalium, necnon
duodecim Nobiles & ingenuos vi-
ros delectos ex ordine Nobilium,
& per eosdem & duodecim Prio-
mores civitatis delectos in com-
muni hospitio civitatis Archiepi-
copalis vel Episcopalium.

Verum hi omnes convocati, cer-
tâ die indictâ per Capitulum Ec-
clesiæ vacantis, ut dictum est, con-
venient inter se de tribus viris suf-
ficienziæ & qualitatum requisita.
num per sanctiora Decreta & Con-
cilia in etate ad minus 30. anno-
rum, quos nobis exhibebunt, ut al-
ter ex his a nobis eligatur, quem
voluerimus nominare ad Archie-
piscopatum vel Episcopatum va-
cantem.

Articulus secundus: Et super reclamationibus & supplicationibus delectorum eorumdem Ordinum, ut deinceps nullæ Annatæ,, aut vacantiæ exsolvantur propter provisionem Archiepiscopatum, Episcopatum, Abbatiarum , aut aliorum Beneficiorum Consistorialium , decrevimus tractandum & conferendum cum delectis & deputatis Sanctissimi Domini nostri, Papæ , & interim ex deliberatione Concilii nostri & secundum sanctiora Decreta & Concilia, antiquiores Constitutiones prædecessorum nostrorum & Decreta nostrarum Curiarum Parliamentorum, sancimus quascunque pecuniarum translationes auri sive argenti extra Regnum, quod exsolutiones pecuniarum sub colore & prætextu Annatarum, vacantiarum, aut alias suspendentur & cessabunt, sub pœna quadrupli in eos qui præsenti constitutione adversabuntur.

Articulus tertius. Abbatissæ, Priorissæ, deinceps vacatione occurrent: eligentur per Moniales.

Monasteriorum, ut per triennium
præsint tantummodo, & progre-
dientur de triennio in triennium
ad continuam Electionem.

Post publicationem, Parlamen-
tum non destitit secretori Reges-
to servare reclamationes Regi ha-
bendas super quibusdam articulis,
& præ cæteris super primo, ecce
quid contineant.

Reclamationes habebuntur su-
per forma electionum Archiepis-
coporum & Episcoporum, & in
illis comprehendentur Abbatiaæ,
& eo usque quod de forma elec-
tionum decretum fuerit, Curia
declarat sub nomine Civium com-
prehendi Civitatenses probos, ha-
bitantes urbes, sive Officiarii snt
Regii, sive Mercatores, viros ex
suis redditibus sibi necessaria suppe-
ditantis, & alios Nobiles & inge-
nuos in congregations prodeun-
tes ad eligendum, arma deponere
debere.

Constitutio Aurelianensis deter-
minata fuit prout impressa extat,
& ipsemet Rex qui promiserat se
quemdam Romanam delegaturum,

P R A G M A T . S A N C T . 209
ut conferret de his materiis cum
Papa , elegit Præsidem Ferrerium,
ut huic Commissioni vacaret.

Documentis eidem creditis con-
tinetur Regiam Majestatem ad-
criptam & obligatam satisfacere
conquestionibus habitis à Delega-
tis omnium Regni Ordinum super
facto Annatarum & Præventio-
num Apostolicarum. Præterea man-
daverat dicto Domino Ferrerio ,
subnotare & observare Sanctitati
suae Annatas reprobatas multis
Conciliis , atque etiam Basileensi ,
& quod ab omni tempore Ecclesia
Gallicam obstatuerat Statutis &
Ordinationibus per Papam habi-
tis in hacce materia , usque ad Con-
cordata anni 1516. quæ determi-
nata fuere , & Decreta continent
eadem documenta , eo modo quo
cuique notum est , & observata in
hoc Regno magis præ timore &
metu inobediendi Francisco I.
Regi , quam alia de causa.

Atque etiam illud addidit , Ec-
clesiam Gallicanam tale contrac-
tum nunquam probare voluisse ,
neque Parliamentum , & quocunq;

que ibi peractum est magnâ & violentâ impressione & excoactione.

Quoad Præventiones Apostolicas, notum erat quod conduceret eas admississe, cum Beneficia obsequantur ab iis qui citius & velocius currunt non à capacioribus.

Dicitus Dominus Ferrerius Romanum appulit mense Aprili anni 1561. exposuit Papæ amplissimè quidquid Mandatis Regiis continebatur, quoties Reges nostri de Annatis conquesti fuerant, & quod abrogatae fuerant per Pragmaticam-Sanctionem, in consequentiam Concilii Basileensis, quod Papa Eugenius IV. approbaverat; postea exhibuit abusus qui præventiones Apostolicas invaserant.

Postquam hæc duo puncta exposisset, probavit ipsimet Pontifici quomodo Concordata publicata fuissent, & pro fundamento sermonis in hæc verba præfatus est. Moribus nostris & Regum Christianissimorum antiquis Constitutionibus in hunc usque diem religiosè servatis nihil in Gallia publicè quod ad sacras & humanas

Aprilis
1561.

116

res pertinet , pro lege statuitur, quod non
sit Parlamenti Arresto publicandum.

Quod hæc solemnitas nequaquam ob-
servata fuerat nec in admissione Concor-
datorum , nec in abrogatione Pragmati-
cæ , quod Rex Franciscus I. Bononiæ re-
versus adiit Parlamentum concomitanti-
bus Principibus , Cardinalibus & Episco-
pis, ubi Cancellarius exposuit causas trac-
tatas cum Papa habiti & abrogationis
Pragmaticæ.

Necnon declaravit idem Cancellarius
Regem velle quod Concordata admit-
terentur ab Ecclesia Gallicana , & pu-
blicarentur in Parlamento : sed Cardina-
lem Boilium respondisse nomine Ecclesiæ,
oportere præ negotii magnitudine &
pondere convocare Ecclesiam Gallica-
nam , neque alias negotium perigi posse.
Parlamentum verò dixit non posse decer-
nere habendam publicationem absque
præjudicio libertatum Ecclesiæ Gallicanæ.

Dictus Dominus Ferrerius voluit cætera
Summo Pontifici exponere , sed reservâ-
vit ipsimet exhibere omnes actus de ea
re habitos. Pro conclusione tamen dixit
Concordata pro parte adversari Pragmati-
cæ-Sancțiōni , ipsamque Pragmaticam
partem eje Concilii Bisticensis , nec po-

se aliquid dici contra Pragmaticam, quia laederetur illud Concilium, quod primum inductum fuerat Senis postea translatum Basileam à Martino V. & continuatum per Eugenium IV.

Decretum Annatarum definitum fuisse ante dissolutionem Concilii & translationem indictam Ferrariam ab Eugenio Papa IV. Eugenium vero melius instructum dissolutionem revocasse, & Concilium conservasse prout confirmavit Nicolaus Papa successor.

Quin etiam non videre se qua ratione moti fuerant Pius Papa II. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. Julius II. & tandem Leo X. ut tamdiu hanc legem prosequuti fuerint, cum haberet tam congrua fundamenta, & abrogatam, absque eo quod Prælati Ecclesiæ Gallicanæ exauditi fuissent, neque legitimè convocati, quod in causa fuit ut Ecclesiæ Franciæ Procurator Generalis, & Universitas Parisiensis provocaverint ab ea abrogatione.

Ecce habes partem sermonis habitu per Dominum Ferrerium coram Papa, sed non videmus quem fructum ex sua negotiatione collegerit, cum res permanserint in eodem statu in quo erant ante Constitutionem Aurelianensem.

Quin etiam Leo Papa X. dimisit Bulz,

lis suas ad Regem Carolum IX. quibus suspendendo & abrogando , quo jus quædam Ecclesiæ & Monasteria fruebuntur , concessit Regi facultatem nominandi ad Prælaturas earumdem Ecclesiærum , tam in Gallia & Delphinatu quam in Britannia & Provincia.

Necnon illud subnotat Dominum Perefchium mihi communicasse duas Bullas originales Pii IV. anni 1564. quibus etiam abrogando & suspendendo jus eligendi , quo quædam Ecclesiæ , Capitula & Monasteria gauebant , indulxit ipsimet Regi potestatem nominandi ad Prælaturas & Episcopatus , tam in Francia & Delphinatu , quam in Britannia & Provincia , & subnotat omnes prædecessores suos similia indulta concessisse Regibus Franciæ à tempore Pragmaticæ-Sanctionis.

Verum Clerus Gallicanus convocatus quasi corpus anno 1579. fecit reclamations suas Regi Henrico III. & habent hæc verba.

Non possumus delinquere , Rex & Domine , cum dicemus utilius fuisse tum Papis ipsis,tum Regibus Franciæ hæc Concordata nunquam habita fuisse , nam ab eo tempore Ecclesiæ Gallicana declinavit , hæreses statim enata sunt & creverunt in

eum modum quo nunc videmus.

Status Ecclesiae quo tempore Electiones vigebant, collatus eidem temporis quod inequum yobis concessas nominationes, satis ostendit quantum conduceret Ecclesiae jus electionis in integro permanere.

Namque Parlamentum vestrum præviderat magnam cladem, vel etiam plagam, quam Ecclesia Franciæ & Regnum vestrum inde reciperent, quando noluit unquam approbare abrogationem Pragmaticæ-Sanctionis, quam judicavit observatricem esse juris communis, & fortissimum obicem contra omnes abusus qui posteri in eam irrepererunt:

Necnon in intercessionibus ipsis quas idem corpus convocatum exhibuit anno 1585. hæc verbi habentur, cum Rex Franciscus I. in extremis esset, declaravit filio suo Henrico II. nihil habere de quo tantum gravata haberet conscientiam, quam illud, quo l cum antiquasset & amcivisset omnino electiones, in se receperat nominationes Ecclesiarum & Monasteriorum.

FINIS.

PRAGMATICA.

S A N C T I O.

P R O O E M I U M.

CAROLUS Dei gratiâ Fran-
corum Rex, universis præsen-
tes Litteras inspecturis, Salutem.

P A R A G R A P H U S P R I M U S.

Inscrutabilis divinæ altitudinis
providentia, per quam Reges reg-
nant: rerumque publicarum guber-
nacula possident, potestatem regiam
adhoc inter cætera ordinavit in
terris: ut Ecclesiam Sanctam præ-
tioso Christi sanguine fundatam,
eiusque Ministros fideliter protege-
ret atque tueretur; & Sanctorum
ac quorumque Patrum decreta sa-
luberrima Spiritu Dei promulgata;
quibus nervus disciplinæ Ecclesiæ-
icæ salutarisque doctrinæ viget ac



2 PRAGMATICA-SANCTIO.

solidatur , sinceriter exequi facere , illibateque observari , sed & speciali debito juramenti in nostri diadema- tis susceptione insigni : & alias Ec- clesiæ regni & Delphina us nostro- rum præstiti ad idipsum astringimur pariter & obligamur .

§. II.

Cum itaque Divina pietas his nostris temporibus fidelium cordi- bus inspirare dignata sit : ut Sacro- sancta generalis Synodus Ecclesiæ universalis in Civitate Basileensi , tam ex immediate præcedentium Sacrorum Constantiensis , & Se- nensis Conciliorum generalium con- tinuatione ; decretisque & ordina- tione , quam duorum Romanorum Pontificum solemni convocatione , etiam & approbatione , scilicet feli- cis recordationis Martini quinti , & Eugenii quarti moderni , ad exco- lendum Dominici Gregis agrum , reformatumque debitè in capite

PRAGMATICA-SANCTIO. 3

& in membris statum Ecclesiasti-
cum qui his diebus indigere videtur
(abundante nequitia, & frigescente
hominum charitate,) coadunaretur,
& celebraretur, ut repressis defor-
mitatum scelerumque regnantium
enormitatibus perniciosis; quæ per
universam Christianitatem, ipso-
rumque Sanctorum antiquorum Pa-
trum contemptis, spretisque decre-
tis, & institutis salutaribus, multas
clades, multaque discrimina proh
dolor! injecisse visæ sunt, divinus
honor refloteret in terris, lumen
Catholicæ veritatis (Christo vera lu-
ce largiente) effulgeret, Ecclesiasti-
cæ libertatis conservatio subsisteret:
& populus Christianus salubriter re-
geretur, ac perduceretur in Salu-
tem.

§. III.

Quæ quidam Sancta generalis
Synodus hujusmodi deformitates in
Ecclesia Dei passim in dies excres-

cere, & mores corruptissimos eandem inficere prospiciens : cunctis palam curavit ingerere monita salutis, ac circa praedicta quantum cum Deo potuit efficaciter providere, consideransque ad hæc inter alia præcipua maximè convocatam adunatam. que extitisse, certa decreta, certaque ordinationes, & statuta solemnia fecit & condidit, quæ per suos Ora- tores & nuncios præcipuos nobis & Ecclesiæ, Regni & Delphinatus nos- trorum antedictorum præsentari fe- cit & exhiberi. Nos plurima cum charitate, & Prælatos, cæterosque viros Ecclesiasticos ipsam nostrorum Regni & Delphinatus Ecclesiam re- præsentantes, maxima cum instantia exhortando, & obsecrando, ut de- creta, statutaque, & ordinationes ab ipsa Sancta Synodo præmissas ob causas facta & condita recipere vellemus, etiam & acceptare. Ea- demque quantum nostræ Regiæ dig-

PRAGMATICA-SANCTIO. 5

nitatis interest, per universum regnum nostrum & Delphinatum in. violabiliter perpetuòque observari facere dignaremur.

§. IV.

Quibus attentè consideratis, ut viam tutiorem ac Deo gratiorem eligerem valeremus, habita super his magni Consilii nostri deliberatione permaturā, Archiepiscopos, Episcopos, capitula notabilia, Abbates, Decanos, præpositos, cæterosque Prælatos Ecclesiasticos, ac divini & humani juris Magistros, Doctores, & scientificos viros Universitatum, Studiorum generalium & alios de Regno, & Delphinatu nostris in maximo copiosoque numero, apud nos in hac nostra Buturicensi Civitate Celebri nuper convocari fecimus & congregari.

§. V.

In qua quidem solemni congettione, in Capitulo Sanctæ Capel.

læ nostræ Bituricen. celebrata, Præ-
 sidentes assistentibus nobis, Primo-
 genito nostro charissimo Ludovico
 Delphino Viennensi, Carolo Duce
 Borbonii, Carolo de Andegavia
 Cænomaniæ, Petro de Britannia ne-
 pote, Bernardo Comite Marchiæ,
 nec non Ludovico Vindocinii, &
 Guilleimo de Tancarvilla Comi-
 tibus consanguineis nostris, pluri-
 busque magnatibus, Proceribus, &
 viris peritissimis Ecclesiasticis &
 Sæcularibus de magno Consilio nos-
 tro, & aliis ipsius præfati sumimi
 Pontificis necnon & Sanctæ Syno-
 di generalis prædictæ solemnies Ora-
 tores ad nos destinatos super his &
 aliis statum Ecclesiæ Dei plurimum
 concernentibus audivimus, attente-
 que audiri fecimus.

S. VI.

Quibus ad plenum auditis apertis-
 que luculenter & disertè per plures
 Prælatos sacræ Theologiæ, & ju-

rium Doctores famosissimos, & exinde plurimum dierum intervallis, discussi, & diligenter pertractatis materiis, pro patre eorumdem Prælatorum, & aliorum virorum Ecclesiasticorum, ipsam nostrorum Regni & Delphinatus Ecclesiam repræsentantium, nobis tandem extitit expositum, quod iidem zelo domus Dei Sacratissimo pignore sanguinis proprii Filii consecratæ flagrantes, ad memoriam reducentes : & ante oculos suæ considerationis revolventes, qualiter à primordio nascentis Ecclesiæ in nostris Regno & Delphinatu prædecessorum nostrorum, Prælatorum, Procerum, atque fidelium ipsorum Regni & Delphinatus dignè recolenda prioritas ad laudem & gloriam Dei & ob divini cultus augmentum, Ecclesias, & cœnobia, aliaque loca Religiosa erexit, & construxit. Ipsasque amplius dotavit possessionibus, & privilegiis commu-

8 PRAGMatica-SANCTIO.
nivit. Instituens in eis ministros idoneos, qui suis temporibus fidem Catholicam in subiectis sibi linguis & populis fœliciter propagarunt: per quorum curam & sollicitudinem virtuososque progressus, ac exempli salutaria Christi Ecclesia decoratis, simè adulta, odoriferos fructus ferens usque ad postremos occiduè religionis limites effloriguit, ac velut sidus lucidissimum irradiavit: pulsisque procul ignorantiae & errorum tenebris, Doctrinæ suæ lumen præclarissimum circumfulsit ubilibet.

s. VII.

Qualiter præterea per Sanctos patres Priorum sæculorum, plures sacri Canones, & decreta saluberrima pro fœlici regimine status Ecclesiastici, tam super electionibus, modis que ipsius Ecclesiæ ministros assumendi & instituendi quam eorum cæterorumque Prælatorum salutari directione conditi sunt etiam & pro-

PRAGMATICA SANCTIO. 9

nulgati: qui quandiu observati fuerūt,
Ecclesia Dei fructus honoris honestatique scelici ubertate produxit:
disciplinæ Ecclesiasticæ vigor præsttit:
religio, pietas, charitas, ubertim efflauerunt, animi hominum
in pace authorem pacis excoluerunt.

§. V III.

Sed proh dolor! damnatae ambitionis improbitas, & detestandæ cupiditatis insatiabilitas omnium malorum radix, humanitatis jura violans, ipsa salutifera Sanctorum antiquorum Patrum decreta paulatim cœpit deserere, etiam & contemnere, per detentimque in vitia ruere exinde subsecutæ sunt morum corruptiones atque deformitates, status Ecclesiastici de honestationes, atque decolorationes, usurpationes gravissimæ, intolerabiles interprisæ, & præsertim per prælaturatum, dignitatumque, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum reservationes, gra-

10 PRAGMATICA-SANCTIO:
tiorum ad vacatura beneficia expec-
tatiavarum, à jure valde exorbitantium
multiplicationes, innumerabilesque
concessiones, aliaque gravissima &
importabilia onera, quibus Ecclesiæ
Ecclesiasticæ personæ nostrorum
Regni & Delphinatus prædictorum
graviter afflcta, oppressæ, & ferè
ad postremam exinanitionem re-
dactæ his diebus conspicuntur.

s. IX.

Nam Ecclesiarum & beneficio-
rum Ecclesiasticorum ante dictorum
peculia, manus occupant indignorum
& nonnumquam externorum, &
plerumque dignates, & beneficia no-
tabiliora & opulentiora personis con-
feruntur incognitis, & non probatis,
quæ in eisdem beneficiis non resi-
dent, sicque vultusibi commissi gregis
non agnoscent, Linguam aliquando
non intelligunt: quinimo animarum
cura neglecta, velut mercenarii so-
lummodo temporalia lucra quærunt,

PRAGMATICA SANCTIO. II

sic dimittitur Christi cultus , animatum cura negligitur , subtrahitur hospitalitas , Ecclesiarum jura depereunt , ruunt ædificia , populi devotio attenuatur , Clerici nostrorum Regni & Delphinatus scientiis & virtutibus effulgentes , qui ad Christianæ plebis ædificationem salutarein vacare possent , qui que pro Regis & Ecclesiæ prædictæ Regni & Delphinatus publicis Conciliis forent opportuni divinarum & humarum scientiarum studia deserunt : propter promotionis congruæ spem eis ablatam.

§. X.

Cæterum hujusmodi reservationum & expectationum occasione ingeritur votum mortis alienæ animarum saluti nimium præjudicabile , suscitantur lites infinitæ , contentiones , & rixæ inter Christi ministros oriuntur , rancores & cœdia plerumque implacabilia nutriuntur , fovetur pluralitatis benefi-

ciorum, ambitio execrabilis: pauperes Clerici innumeris personarum & rerum discriminibus subjiciuntur, & per calumniosos cavillosoſque indebitè opprimuntur, beneficia præ-declarata per litium anfractus frequenter injustè occupantur; & saepius in officiata diutinè relinquuntur materia fovendis injustis vexationib⁹ paratur abusus pestiferi, horrenda specie latis simoniacæ respecti committuntur, bonæ indolis juvenibus, qui virtuosis actibus intendere deberent evagandi licentia præbetur: Prælatis, & cæteris ordinariis collatoribus suum jus atque ministerium aufertur, Patronorum jura enervantur: indeque status Ecclesiæ hierarchicus confunditur, plurimaque adversus divina & humana jura in animarum perniciem & Ecclesiæ & Delphinatus nostrorum sæpe dictorum oppressionem, atque conculationem committuntur, pariter

PRAGMATICA SANCTIO. 13

& perpetrantur: sicque jura Coronæ nostræ depereunt damnosè, & ipso- rum nostrorum Regni & Delphina- tus thesauri in extraneas regiones asportantur, sub tali forsan conjectura, ut eorumdem Regni & Delphi- natus depresso Sacerdotio, exhaus- toque thesauro Regnum ipsum cum Delphinatu reddatur debilius in ad- versis.

s. XI.

Quæ omnia & singula & alia quam plurima quæ ex præmissis se- quantur incommoda, divinæ haud dubium credenda sunt displicere vo- luntati: quinimo in grave nostri, & Ecclesiæ præfatæ nostrorum Regni & Delphinatus versantur præjudi- cium, atque detrimentum perma- ximum; ipsi quoque Prælati & cæteri viri Ecclesiastici Ecclesiam nostrorum Regni & Delphinatus representantes pii Ecclesiæ zelatores matrem suam tot impuritatibus pol- lui ingemiscentes, cognoscentesque

talia stimulantibus conscientiis absque gravissima Dei offensa diutius dissimulare non posse : quodque super prædictorum reparatione sacræ ipsius Basilien. Synodi decreta provisionem congruentem videntur atulisse : præhabitâ inter eos multimoda , diutinaque apertione . discusione , atque digestione , memorata ipsius sacra Basil. Synodi decreta , ordinationes , & statuta , aliqua simpliciter ut jacent , alia vero cum certis modificationibus & formis , non hæsitatione potestatis & authoritatis condentis & promulgantis , ipsius scilicet sacræ Basili. Synodi sed quantum commoditatibus , temporibus , & moribus regionum & personarum saepefatotum nostrorum Regni & Delphinatus congruere convenire que conspexerunt , prout inferius annotatur & inseritur , illicò & individuali recipienda consenserunt , & acceptanda deliberaverunt. Quorum

quidem decretorum tenor sequitur,
& primò decretum per Sacrosanctum
Constantiense Concilium factum &
conditum, & per Sacrum generale
Concilium Basiliense renovatum.

TITULUS PRIMUS.

*De auctoritate & potestate Sacrorum
generalium Conciliorum temporis
busque, & modis eadem convocan-
di & celebrandi.*

CAPUT PRIMUM.

FREQÜENS generalium Con-
ciliorum celebratio agri Domi-
nici præcipua cultura est: quæ ve-
pres, spinas, & tribulos hæresum,
errorum, & schismatum extirpat:
excessus corrigit, deformata refor-
mat, & vineam Domini ad frugem

16 PRAGMATICA SANCTIO.
ubet rimæ fertilitatis adducit: illo-
rum vero neglectus præmissa disse-
minat, atque fovet hæc præterito-
rum temporum recordatio, & præ-
sentium consideratio ante oculos
nostros ponunt.

§. I.

Quia propter hoc edicto perpetuo
sancimus decernimus atque ordina-
mus ut à modo Generalia Concilia
celebrentur. Ita quod primum à fine
hujus Concilii in quinquennium im-
mediate sequens: Secundum vero
à fine illius immediatè sequentis
Consilii in septennium: & deinceps
de decennio in decennium, perpetuo
celebrentur in locis quæ summus
Pontifex, per mensim ante finem
cujuſlibet Concilii approbante, &
consentiente Concilio, vel in ejus
defectum ipsum Concilium deputa-
re, & assignare teneantur: ut sic per
quandam continuationem semper
aut Consilium vigeat aut per termini
endentiam expectetur.

§. II.

Quem terminum licet Pontifici de
fratrum suorum sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ Cardinalium concilio ob-
emergentes forte casus abbreviare:
sed nullatenus prorogetur. Locum
autem pro futuro Concilio celebra-
do deputatum absque evidenti ne-
cessitate non mutet.

§. III.

Sed si forte aliquis casus necessa-
rius occurrerit quô necessarium vi-
deretur ipsum locum mutari puta
obsidionis, guerrarum, pestis, aut
similis: tunc liceat summo Pontifici
de prædictorum suorum fratrum, aut
duarum partium ipsorum consensu,
atque subscriptione, alium locum
prius deputato loco vicinorem &
aptum, sub ead tamen natione su-
brogare nisi idem vel simile impedi-
mentum per totam illam nationem
vigeret: tunc ad aliquem alium vici-
niorem alterius nationis locum ap-

tum hujusmodi Concilium poterit
convocari.

§. IV.

Ad quem Prælati & alii qui ad **Consilium** solent convocari accedere teneantur, ac si à Principio locus ille fuisset deputatus, quam tamen loci mutationem, vel termini abbreviationem per annum ante præfixum terminum teneatur summis Pontifex egit imè & solemniter publicare & intimare, ut ad ipsum **Concilium** celebrandum prædicti possint statuto tempore convenire. Atque pro ipius executione decreti, Civitas Papiæ apud Italiam fuit electa pro Consilio generali in fine tunc proximè sequentis quinquennii celebrando, quod quidem **Concilium** suo tempore debito in dicta Civitate Papiæ extitit celebrari inchoatum, & inde certis ex causis ad Civitatem Senensem translatum, in quo quidem generali Consilio Papiæ in-

choato & in Civitate Senensi, cele-
brato hæc Basiliensis Civitas pro-
celebratione tunc futuri Concilii
generalis post septennium à fine ip-
sius Senensis Concilii celebrandi, fuit
electa & debite assignata ut constat
in instrumento publico inde facto.

Item aliud Decretum cuius tenor sequitur.

CAPUT II.

SACROSANTA generalis
Synodus Basiliensis Ecclesiam
generalem representans, ad perpe-
tuam rei memoriam, ad laudem Dei
omnipotentis, ac benedictione individue-
que Trinitatis gloriam & honorem,
pro haeresibus atque errorum extirpa-
tione, morum in capite & in mem-
bris Ecclesiæ Dei reformatione, ac
regnum atque regnorum, cætero-
rumque Christicolarum ab invicem
(authore discordiarum procurante)
dissidentium pacificatione, & in
Spiritu Sancto legitime congregato
decernit, statuit, & definit, de-

20 PRAGMATICA-SANCTIO.
clarat, & ordinat ut sequitur.

§. I.

Et primò quod eadem sacra Basiliensis Synodus sacris Constantientiis & Senensis generalibus Consiliis decernentibus atque ordinantibus, & authoritate Apostolica interveniente, fuit & est in hoc loco Basiliensi, debitè legitimeque atque riue initiata & congregata.

§. II.

Et ne de ejusdem sacri Basiliensi Synodi potestate à quoquam dubitetur, ipsa eadem Synodus duas declarationes ex decretis Synodi Constantiens. in præsenti sessione, aliis suis decretis editis, seu edendis inferendas ordiaavit & decrevit; quarum quidem declarationum tenor prima sequitur & est talis.

§. III.

Et primò declarat quod ipsa Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata generale Concilium fa-

PRAGMATICA-SANCTIO. 21
ciens, & Ecclesiam militarem re-
præsentans potestatem à Christo ha-
bet immediatè. §. IV.

Cui quilibet cujuscumque status,
conditionis, vel dignitatis etiam si
Papalis existat, obedire tenetur in
his quæ pertinent ad fidem, & extir-
pationem dicti Schismatis, & gene-
ralem reformationem Ecclesiæ Dei
ia capite & in membris.

Alterius vero sequitur tenor in hæc verba.

§. V.

Item declarat quod quicumque
cujuscumque status, vel dignitatis
etiam si Papalis existat qui mandatis,
statutis, seu ordinationibus, aut
præceptis hujus sacra Synodi, &
cujuscumque alterius Concilii Gene-
ralis legitimè congregati super præ-
missis, seu ad eam pertinentibus
factis, vel faciendis obedire con-
tumaciter contempserit, vel con-
traire præsumpserit, nisi resipuerit
condignæ poenitentiæ sub clatur, &

22 PRAGMATICA-SANCTIO.

debitè puniatur , etiam ad alia juris
subsidia si opus fuerit recurrendo.
Præmissis igitur & nonnullis aliis
Constantiensis Concilii , præsertim
capituli quod incipit : frequens in
priori hujus sacræ Synodi Basiliensi
sessione recitati decretis attentis ,
prælibata Synodus Basiliensi decre-
vit , & declarat quod ipsa pro ha-
resum extirpatione , ac morum ge-
nerali reformatione Ecclesiæ in ca-
pite & in membris : necnon pace
inter Christianos procuranda ut præ-
mittitur in Spiritu Sancto legitimè
congregata per nullum quævis au-
thoritate etiam si Papali dignitate
præfulgeat , dissolvi , aut ad aliud
locum transferri , aut ad aliud tem-
pus prorogari potuit aut debuit ,
debet , aut potest , debebit , aut po-
terit in futurum , absque ejusdem
Consilii Basiliensi deliberatione &
consensu .

Acceptavit & acceptat : pro ut

jacent jam dictorum Prælatorum,
coeterorumque virorum Ecclesiasti-
corum ipsam Ecclesiam repræsen-
tantium Congregatio sæpe dicta.
Item acceptat decreta de election
bus, quorum primum incipit.



TITULUS SECUNDUS.

De Electionibus.

CAPUT I.

SICUT in construenda domo
præcipua est Architectoris cura,
vel tale jaciat fundamentum, super
quo firmum perduret ædificium, ita
in generali Ecclesiæ reformatione
potissimum est. hujus sanctæ Synodi
studium, ut tales Ecclesiæ præsi-
ciantur Pastores, qui tanquam co-
lumnæ, & bases, ipsam Ecclesiam
Doctrinæ & meritorum viribus fir-
miter sustentent.

s. I.

Quanta autem in eligendis Prælatis diligentia adhibenda sit: officium eis injunctum evidenter ostendit. Ad regimem enim assumuntur Animarum, pro quibus Dominus noster Jesus Christus mortuus est, & sanguis ejus prætiosus effusus, propterea Sacri Canones Spiritu Dei promulgati providè statuerunt, ut unaquæque Ecclesia, aut Collgium, seu conventus sibi Prælatum eligant.

s. II.

Quibus hæc eadem Synodus eodem spiritu Congregata inhærens statuit, & definit generalem reservationem omnium Ecclesiarum Metropolitarum, Cathedralium, Collegiarum, & Monasteriorum, ac dignitatum electivarum per Romanum Pontificem de cætero fieri, aut factis, uti non debere reservationibus in corpore juris clausis, & his

quas

quas in terris Romanæ Ecclesiæ, ratione directi, seu utilis dominii, mediately vel immediate subjectis fieri contigerit, semper exceptis. Sed per electiones, & confirmations Canonicas secundum Juris communis dispositionem prædictis Metropolitanis, Cathedralibus, Monasteriis, Collegiatis Ecclesiis, & dignitatibus electivis vacantibus debite provideatur.

§. III.

Non derogando propterea statutis, privilegiis, & consuetudinibus rationabilibus, quibuscumque postulationibus dispositione juris communis remanentibus.

§. IV.

Decrevit hæc sancta Synodus rationi fore consentaneum & reipublicæ commodum: ut contra hoc salutare decretum Romanus Pontifex nihil attenter nisi ex magna, rationabili, & evidenti causa in litteris

Apostolicis nominatim exprimenda , & ut eo firmius hoc salubre decretum custodiatur : vult eadem Synodus ut inter alia quę Romanus Pontifex in sua assumptione profitebitur , juret hoc decretum inviolabiliter observare , & quoniam (ut prædictum est) oportet esse prælatos hi ad quos pertinet jus eligendi omnem curam adhibeant , ut dignam coram Deo & hominibus electionem faciant , exactamque apponant providè sollicitudinem ut tales eligant qui tanto officio valeant satisfacere : scientes quod si vel dolosè , vel negligenter ac timore Domini posposito in rem gravi se gesserint , sicut auctores erunt in causa malorum pastorum : ita participes fient pœnarum , quas ipsi mali pastores indisticto Dei judicio patientur:

§. V.

Et cum humanę fragilitatis co-

natus nihil sine Dei omnipotentis suffragio queat efficere : à quo omne datum optimum , & omne donum perfectum descendit : adveniente die electionis hi ad quos Pontificis vel Abbatis spectat electio in Ecclesia convenienter magna cum devotione Missam de Spiritu Sancto audituri, quem humiliter exorabunt ut eos ad dignum eligendum Pastorem inspirare dignetur , & ut eò facilius gratiam hanc obtinere mereantur , quô devotius ad actum electionis accedant contriti & confessi Sacramentum Eucharistie suscipiant reverenter: Ad locum vero electionis ingressi pro quocumque Prelato qui per electionem assumitur, jurabunt in manibus ejus qui capitulo presidebit & ipse presidens in manibus eum immediatè sequentis sub hac forma.

§. VI.

Ego N. juro & promitto omnes
biji

nipotenti Deo & N. Sancto vel Sancte sub cuius vocabulo dedicata est hec Ecclesia eum eligere quem credam futurum Ecclesie in spiritualibus & temporalibus utiliore, nec illi vocem dare quem verisimiliter scivero promissione auctoratione alicujus rei temporalis, seu prece, per se aut per alium interpositis, aut alias qualitercumque directe, vel indirecte pro se electionem procurare.

s. VII.

Idemque juramentum prestat, confiteatur & communicet, qui constituit procuratorem ad elendum certam personam, nec non & procurator generaliter ad elendum constitutus in casibus in quibus secundum Juris communis dispositionem in hujusmodi electionis negotio procurator constitui potest. Quod etiam juramentum prestatur ab his quos contingit super electio-

PRAGMATICA SANCTIO. 29
ne futuri Prælati fieri compromis-
sum qui etiam confiteri & com-
municare teneantur.

s. VIII.

Quod si prædicta non fecerint
pro illa vice eligendi sunt ipso jure
potestate privati. Deinde elegant
prefatum Prælatum , virum etatis
legitimè , moribus gravem , littera-
rum scientia præditum , in Sacris
ordinibus constitutum , & alias
idoneum secundùm Canonicas San-
ctiones.

s. IX.

Quod si aliter aut de alia per-
sona quam ut dictum est , aut per
Simoniacam pravitatem , electio-
nem fieri contigerit , electio sit
ipso jure irrita & inanis , & sic
Simoniacè eligentes præter alias
poenas sint ipso facto , jure eli-
gendi privati , alii vero Canoni-
cis poenis subjaceant : Simoniacæ
autem electi , & qui Simoniacæ

30 PRAGMATICA-SANCTIO.
electionis participes fuerint Canonicè puniantur : taliterque eligerentes , & confirmati in horrorem tanti criminis poenam ipso facto excommunicationis incurant : nec à tali reatu nec excommunicacione electi , & confirmati absolvit possint nisi Ecclesiis & dignitatibus ad quas turpiter assumpti sunt , liberè resignaverint & ad eas obtinendas quas nefario ingressu adepti sunt perpetuo reddantur inhabiles.

s. X.

Ad tollendum autem omnem ambitionis radicem obsecrat per viscera misericordię Dei Jesu Christi hęc sancta Synodus : ac instantissimè exhortatur Reges , & Principes , Communitates : & alios cojuscumque Gradus vel dignitatis existant Ecclesiasticę vel mundanę , ne electoribus Litteras scribant , aut preces porrigant pro cōqui

PRAGMATICA-SANCTIO. 31
per se vel alium preces tales, vel
Litteras procurabit, multoque mi-
nus comminationes, impressiones,
aut aliud faciant quominus liberè
ad electionem procedatur.

§. XI.

Similiter in virtute Sancte obe-
dientię ipsis electoribus præcipitur :
ne ad hujusmodi Litteras, preces,
comminationes, vel impressiones
aut alias ut præmittitur que inquam
eligere præsumant.

§. XII.

Facta autem electione ei ad
quem jus pertinet confirmandi præ-
sentata appareat colectus vel se op-
ponens electioni, nominatim ad vi-
dendum discuti negotium electio-
nis vocetur, & nihilominus gene-
raliter Edictum publicum in Eccle-
sia in qua facta est electio propo-
natur juxta constitutionem sc. re.
Bonifacii VIII.

Comparentibus autem aliquibus vel non : ipse confirmator , nihilominus ex officio tanquam in negotio Inquisitionis procedat , omnem adhibiturus diligentiam ut tam forma electionis quam merita Elec-
t̄i , & omnes circunstantię debitè examinentur & discutiantur : ut si electio confirmanda sit vel infir-
mada , judicialiter confirmetur vel infirmetur .

Et ut omnia mundè fiant & si-
ne labore , à labore suspicione proce-
dant , non solum exigere aliquid
quantumcumque parvum , sed etiam
gratia oblata , confirmator ratione
confirmationis sub nomine sub-
ventionis , subsidiī , gratitudinis ,
aut alio colore , pretestu cuiusvis
consuetudinis , aut privilegii per se
vel per alium nullatenus recipere
presumat .

§. XIV.

Notariis autem & his qui scrip-
serunt in hujusmodi causis emolu-
mentum aliquod moderatum taxe-
tor; habendo respectum & ope-
ram Scripture, non ad fructuum
Prælaturæ valorem.

§. XV.

Si vero confirmatores prædicti,
electiones non servatis Superius or-
dinatis, & de personis non ido-
neis ut præmittitur factas, vel per
aliam Simoniacam pravitatem con-
firmaverint, eo ipso confirmatio-
nes hujusmodi sint nullæ, confir-
mantes autem alias personas quam
supra dictum est pro ea vice, per
Simoniacam autem pravitatem,
aut labem, perpetuò ipso facto,
jure confirmandi sint privati. Et
nihilominus propter dictam Simo-
niacam labem si eam commiserint,
etiam Sententiam excommunica-
tionis eo ipso: à qua nisi per Ro-

34 PRAGMATICA-SANCTIO.
manum Pontificem præterquam in
mortis articulo absolutionis Bene-
ficium obtainere non possunt.

s. XVI.

Summum vero Pontificem hęc
sancta Synodus exhortatur , ut
cum speculum & norma omnis
sanctitatis & mundicie esse debeat ,
pro confirmatione earum electio-
num , quas ad eum deferri con-
tigerit , nihil penitus exigat , aut
recipiat , alioquin si secus faciendo
notorię , & incorrigibiliter ex hoc
Ecclesiam scandaliser futuro Con-
cilio deferatur.

s. XVII.

Pro operibus autem quę ipsum
pro regimine universalis Ecclesię
subire oportet pro qua substantia-
tione Sanctę Romanę Ecclesię ,
Cardinalium & aliorum necessario-
rum Officialium , hoc sacrum Con-
cilium ante sui dissolutionem om-
nino debitè & congruenter provi-

debit: quod si contingat aliquam circa hoc provisionem non facere per hęc. Eadem sancta Synodus non intendit in aliquo prejudicare Sanctę Romanę & universali Ecclesiæ, nec alteri cuicunque.

Datum Basileæ in majori Ecclesia in sessione publica celebrata anno Domini 1433. tertio idus Julii.

Item aliud decretum incipiens.

CAPUT II.

LIET dudum hęc sancta Synodus, abolita per eam generali omnium Ecclesiarum & dignitatum electivarum reservatione providè decrevit: ut predictis Ecclesiis & dignitatibus per Canonicas Electiones & confirmationes providere deberet, volens speciales seu particulares ipsarum Ecclesiarum & dignitatum electivarum prohibere reservationes per quas

36 PRAGMATICA SANCTIO:
libera in eisdem eligendi & con-
firmandi facultas impediri posset:
quodque adversus hoc decretum
Romanus Pontifex nihil attentaret
nisi ex Magna rationabili, & evi-
denti causa in litteris Apostolicis
nominatim exprimenda. Quia ta-
men contra ipsius decreti mentem
non pauca sine hujusmodi causa
gesta sunt, unde gravia haec tenus
successerunt, & graviora in dies
timentur scandala: cupiens hæc
Sancta Synodus his obviare, vo-
lens ut ipsius Decreti mens que
fuit obstaculum à Canonicis ele-
ctionibus & confirmationibus tol-
ere suo non frustretur effectu.

§. I.

Statuit ut electiones in dictis
Ecclesiis sine impedimento, aut
obstaculo omnino fiant: que causa
cognita juxta Juris communis &
dicti nostri Decreti dispositionem
confirmantur vel infirmantur.

§. I L.

Verumtamen si forte aliquando contingat electionem aliquam etiam aliás Canonicam fieri , quę in perturbationem Ecclesię , aut patrię , vel boni publici vergere timeatur , summus Pontifex cum ad ipsum confirmatio delata fuerit , si talem urgentissimam causam adesse cognoverit , ea prius maturè discussa , ac parte plenè defensa , accedente postea Romane Ecclesię Cardinallium aut majoris partis subscriptio ne hujusmodi causam veram sufficientemque fore attestantium , rejecta tali electione ad capitulum vel Conventum remittat . Ut intra tempus juris vel aliud juxta loci distantiam aliam ex qua talia evenire non formidentur , electionem procedant .

§. III.

Censuit tamen præfata Congre gatio quod summus Pontifex ha

38 PRAGMATICA-SANCTIO.

beat remittere unumquemque per ipsum , aut ipsius auctoritate ut præmittitur , promovendum suum immediatum superiorem pro munere consecrationis aut benedictionis ab eo vel ejus auctoritate consequendo nisi dictus Promotus sit præsens in Curia & velit inibi consecrari. Et nihilominus consecratos aut benedictos in Curia Romana , remittat ad eorum immediate Superiores , præstitutos eis , aut ipsis absentibus eorum vicariis debitæ obedientiæ juramentum.

§. IV.

Quod si quis præsumat recipere munus consecrationis vel benedictionis extra Curiam , etiam in vim cuiuscumque commissionis Apostolicæ , ab alio quam à suo immediato Superiore , vel ejus auctoritate incurrat pœnam centum aureorum mediatim applicandorum ordinario , & fabricæ Eccle-

siæ ordinatii cessante omni dispensatione quacumque in contrarium:

§. V.

Item nec credit ipsa Congregatio Bituricensis fore reprehensibile si Rex & Principes Regni sui cef-
fantibus tamen omnibus commi-
nationibus, & quibuslibet violen-
tiis aliquando utantur precibus be-
nignis atque benevolis pro perso-
nis benemeritis, & zelantibus bo-
num reipublicæ, Regni & Del-
phinatus.

Item observat decretum de reservationibus
quod incipit.



TITULUS TERTIUS.

De Reservationibus.

ET quia multiplices Ecclesia-
rum, & beneficiorum hacte-
nus factæ per summos Pontifices,

40 PRAGMATICA-SANCTIO.
reservationes, non parum Ecclesiæ onerosæ extiterunt; ipsas omnes tam generales quam speciales, sive particulares de quibuscumque Ecclesiis & Beneficiis quibus tam per electionem, quam per collationem, aut aliam dispositionem provideri solet sive per extravagantes ad regimen, & execrabilis sive per regulas cancellariæ, aut alias Apostolicas constitutiones introductas, hæc Sancta Synodus abolet, statuens ut de cætero ne quaquam fiant, reservationibus in corpore juris expressè clausis, & his quas in terris Romanæ Ecclesiæ ratione directi seu utilis domini mediatae, vel immediatae subjectis fieri contigerit dumtaxat exceptis.

Item Decretum de collationibus Beneficiorum seu modificationibus & déclarationibus sequentibus acceptat Congregatio quod quidem Decretum incipit.

TITULUS QUARTUS.

De Collationibus.

PLACUIT divinæ pietati hoc tempore animos hominum qui variis abusibus irretiti cœperant vehementius excitare ut salus quæretur cunctorum , & per Synodum universalem mores Ecclesiæ in melius reformarentur cum salutari Directione capit is & membrorum in viam justitiae & Sanctitatis , & quod ut facilius atque ordinalius fieret , & ne sub prætextu variarum opinionum , aut Romanii Pontifices aut alii quicunque non satis universalibus Conciliis obedirent : prædisposuit eadem divina pietas in Sacro Constantiensi Concilio Synodorum universalium jurisdictionem ita declarat

rari, ut nulli relinquetur ambi-
gendi occasio: cum decreto sole-
ni dissinitum extitit universale Con-
cilium habere auctoritatem imme-
diatè à Christo cui quilibet cu-
juscumque status & dignitatis etiam
si Papalis fuerit obedire tene-
tur in his quæ pertinent ad fidem,
extirpationem Schismatis, & re-
formationem Ecclesiæ Dei in ca-
pite & in membris, ac pertinen-
tibus ad ea.

§. I.

Dum autem hæc cura refor-
mandæ Ecclesiæ huic Sancta uni-
versali Synodo Basiliensi incum-
bit: hoc unum singulari sollicitu-
dine prosequendum arbitratur, ut
per singulas Ecclesias ministri ins-
tituantur idonei qui scientiis &
virtutibus exulteant, ad Christi:
gloriam & universi populi Chris-
tiani ædificationem salutarem.

Cui rei grave impedimentum hactenus afferre visa est gratiarum expectatiavarum multitudo, quæ gravem ordini & statui Ecclesiastico perturbationem variasque inordinationes, ac plurima discrimina comperitur injecisse. Ex his enim frequentius dati sunt in Ecclesiis Ministri, non probati nec cogniti: vacaturorumque Beneficiorum expectatio, sicuti antiqua jura testantur occasionem desiderandæ mortis alienæ præstare solet, quod plurimum præjudicat animarum saluti. Sed & insuper lites innumeræ, & contentiones inter servos Dei excitantur Rancores & jurgia nutriuntur, pluralitatis Beneficiorum foverur ambitio: facultates, ac pecuniæ regnorum & Provinciarum mirum in modum exhauriuntur: pauperes discurrendo ad Romanam Curiam innumeræ

44 PRAGMATICA SANCTIO.
rabiles vexationes subeunt, & in-
ter viatum discrimina non num-
quam spoliantur, occiduntur, &
varii affliguntur pestibus: atque
etiam suis patrimoniis à paren-
tum opibus exhaustis gravi egesta-
ti subjacere coguntur, plurimi abs-
que juxto titulo Beneficia sibi
vendicantes & non quibus jure
debentur illi obtinent: sed non
nunquam hi quibus aut circum-
veniendi proximum major astutia,
aut ad litigandum facultas suppe-
tit uberior, sub involutionibus
quoque præstogativarum, aut an-
telationum, aliquotumque hujusmo-
di gratias comitantium, fraudes
plurimas ac deceptions contingit
invenire juvenibus etiam qui stu-
dio litterarum & virtuosis operi-
bus intendere deberent, datur ma-
teria evagandi, qui scèpius per li-
tium anfractus & varios discursus
ratione gratiarum ipsarum turban-

tur & inquietantur ordinariis Col-
latoribus suum ministerium subtra-
hitur, & confunditur ordo Ec-
clesiasticus, cum unicuique sua
jurisdictio non servetur Romani-
que Pontifices dum Officia inferio-
rum sibi nimium vindicant à ma-
joribus & magis fructuosis operi-
bus universale bonum concernenti-
bus retrahuntur, nec inferiorum
directioni atque correctioni in vi-
gilant, sicut publica utilitas expos-
cit quæ omnia gravem confusio-
nem statui Clericali & Sacerdo-
tali in dispendium Divini cultus,
& præjudicium publicæ salutis af-
serunt, possentque graviorem in
futurum afferre ruinam rebus hiis
in deteriora jugiter prolabentibus,
nisi provideretur in adversum.

§. III.

Volens itaque hæc Sancta Sy-
nodus supèr his opportunum re-
medium adhibere statuit & decre-

46 PRAGMATICA SANCTIO.
vit, ut Pontifex Romanus qui
pro tempore fuerit eas deinceps gra-
tias expectativas aut nominationes
nullo modo nulla re ex causa con-
cedat: cum ipse præ cæteris ne sit
tantorum occasio malorum absti-
nere debeat.

s. IV.

Frustra enim inhiberetur infe-
rioribus si ipse qui aliis debet esse
omnium bonorum & virtutum
exemplar non abstineret. Ut enim
ille Sanctissimus & Doctissimus,
Papa Leo, inquit, totius familiæ
Domini status nutabit, si quod
inquiritur in corpore, non inve-
niatur in capite; integritas enim præ-
sidentium salus dignoscitur esse in-
feriorum, cessentque de cætero
jam factæ, & tam ipsæ quam ipsæ
fiendæ. Si quæ fiant nullæ sint ip-
so facto exceptis illis gratiis &
non fulminationibus, super quib[us]
processus sunt jam expediti quas

ex certis rationabilibus causis in
octo mensibus quibus hactenus cur-
sum habere consueverunt tolerandas
duximus donec aliter fuerit ordina-
tum.

§. V.

Reservationes etiam particulares
quæcumque fuerint Beneficiorum
vacaturarum tam per Romanos
Pontifices quam per legatos sedis
Apostolicæ de cætero sint nullæ
ipso facto.

§. VI.

Non tamen intendit prohibere
hæc Sancta Synodus hoc præsentí
Decreto quominus futuri Romani
Pontifices tempore Pontificatus sui
modo honesto & convenienti de
uno Beneficio ad Collationem in
qua fuerint decem Beneficia : &
de duobus ubi fuerunt quinqua-
ginta & ultra disponant ita tamen
ut in eadem Ecclesia Cathedrali
vel Collegiata duas Præbendas suo

tempore non conferant ut qualis-
ficationes Graduatorum inferius de-
signatae in ipsis Præbendis suum va-
leant sortiri effectum. Neque etiam
collationes per præventionem fa-
ciendas intendit impedire Decreto
nostrero de reservationibus quoad
cætera, & aliis decretis hujusmo-
di Sanctæ Synodi in suo roboce
duraturis.

s. VII.

Ut vero cæteri ad quos Bene-
ficiorum dignitatum personatum
Officiorum & administrationum
Collatio, seu quævis alia disposi-
tio spectat ad providendum Lit-
teratis viris & Scientia per orna-
tis specialius adstringantur voluit
hæc Sancta Synodus certas qua-
lificationes seu qualitates virorum
Litteratorum & Graduatorum desig-
nari quibus certo ordine debeat
provideri prout inferius annotatur.
Adjiciens quod si Prælatos & Doc-
tores

PRAGMATICA-SANCTIO, 49
tores alicujus nationis in hoc
Concilio Consistentes pro bono
suæ nationis aliter circa hujusmo-
di qualificationes disponendum vi-
deatur in futurum quidquid per
illos fuerit ordinatum, & in ge-
nerali **Congregatione præsentis**
Concilii conclusum ex nunc pro-
ut ex tunc ratum & firmum ha-
beatur, & vim Decreti habeat, ac
si in præsenti Decreto de verbo
ad verbum expressum foret.

§. VIII.

Quod si quis cujuscumque sta-
tus etiam si Cardinalatus, Patriar-
chalis, Pontificalis aut alterius cu-
juslibet dignitatis contra prædic-
tum Ordinem & qualificationes ut
præmittitur designatas vel designan-
das, de ipsis Beneficiis, dignitati-
bus, personatibus, officiis & ad-
ministrationibus quovis modo dis-
posuerit eo ipso sit irritum & ina-
ne : Collatioque hujusmodi &

50 PRAGMATICA SANCTIO.
provisio seu quævis dispositio ad Superiorem proximum devolvatur, qui similiter ut præmittitur habeat providere, quod si non fecerit ad alium superiorem devolvatur gradatim usque ad summum Pontificem ascendendo. Non volumus tamen ordinarios Collatores & eos ad quos præsentatio seu quævis alià dispositio Beneficiorum spectat in quatuor mensibus quibus præfatae gratiæ expectativæ vel nominationes cursum non habent, donec ipsæ gratiæ & nominationes ad eorum collationem præsentationem, seu dispositionem concessæ cessaverint, ad qualificationes infra scriptas adstringi. Sequuntur qualificationes & ordo in conferendis Beneficiis per ordinarios de quibus præfatum est.

s. IX.

Primò cum per generalis Concilii statuta sanctè ordinatum exis-

tat quod quælibet Ecclesia Metropolitana teneatur, & debeat unum habere Theologum qui suâ Doctrinâ & Prædicationibus fructum salutis afferat. Ordinat hæc Sancta Synodus quod extendat hujusmodi ordinatio ad Ecclesiæ Cathedrales taliter videlicet quod quilibet collator ipsarum Præbendarum teneatur, & debeat conferre Canonicarum & Præbendam quam primum facultas se obtulerit, & inveniri poterit uni Magistro licenciatu vel in Theologia Bacheloreo formato qui per decennium in Universitate privilegiata studuerit, & onus residentiæ ac Lecturæ, & prædicationis subire voluerit quique aut semel per singulas Hebdomadas cessante legitimo impedimento legere habeat, & quoties ipsum in hujusmodi lectura deficere contigerit ad arbitrium capituli in subtractione dis-

52 PRAGMATICA SANCTIO.
tributionum totius Hebdomadæ
puniri possit, & si residentiam de-
seruerit de alio provideatur: ve-
rumtamen ut vacare possit liberius
studio, nihil perdat cum absens fuerit
à Divinis. s. X.

Insuper quod in qualibet Ec-
clesia Cathedrali vel Collegiata
ultra Præbendam prædictam Theo-
logo ut præmittitur assignandam
tertia pars Præbendarum conser-
tur Graduatis alias idoneis modo
& forma infra scriptis, sic quod
primâ vacatura hujusmodi Gradua-
to, & deinde post alias duas se-
quens eodem modo conseratur &
sic deinceps.

s. XI.

Videlicet Magistris aut licen-
tiatis seu Baccalaureis formatis in
Theologia, qui per decennium in
aliqua Universitate privilegiata
Doctoribus seu licentiatis in alte-
go Juriu, vel Medicina qui per

septem annos in sua facultate studuerit in Universitate ut supra. Magistris seu licentiatis in Artibus cum rigore examinis qui per quinquennium in aliqua Universitate à Logicalibus inclusivè ut supra in Artibus, vel aliqua Superiori facultate studuerint : necnon in Theologia qui per sex annos, vel in utroque aut in altero iuriū Baccalaureis, qui per triennium si Nobiles ex utroque parente, & ex antiquo genere, alias autem per quinquennium consimiliter in aliqua Universitate privilegiatā ad minus suum studium fecerint.

§. XI.

Qui de prædictis Gradibus tempore, & Nobilitate supradictis fidem, facere teneantur Collatori per legitima documenta. Exhortamur tamen ordinarios Collatores, quod in conferendis Beneficiis hujusmodi, præsertim quoad digni-

tates respectum habeant singulariter ad Magistros necnon licentiatos, & Bacalaureos formatos in Theologia.

§. XIII.

In Dignitatibus vero electivis, Personatibus, administrationibus, & officiis dictarum Ecclesiarum idem ordo, modus, & forma, in omnibus observentur.

§. XIV.

Quod si quis ex dictis qualificatis tempore vacationis Præbendæ seu Dignitatis hujusmodi, alias duas obtineat Præbendas, seu Dignitatem & Præbendam, vel aliud seu alia Beneficium aut Beneficia, quod vel quæ residendo in altero ipsorum & horis Divinis interestendo valeret seu valerent usque ad summam seu æstimationem ducentorum Florenorum Cameræ. Similiter quicumque duas Præbendas Cathedrales obtinuerit, nullatenus

ia ipsa tertia parte includi seu
comprehendi censeatur.

§. X V.

In Ecclesiis autem Parrochiali:
bus quæ in Civitatibus, aut Villis
muratis existunt, instituantur per-
sonæ sicut supra qualificatæ aut ad
minus qui per tres annos in Theo-
logia, vel altero juriū, seu Ma-
gistris in artibus qui in aliqua Uni-
versitate privilegiata studentes fue-
rint, & hujusmodi Gradum adep-
ti fuerint, si tales poterunt inve-
niti.

§. X VI.

Statuit autem hæc Sancta Sy-
nodus quod quodlibet anno, du-
rante tempore Quadragesimæ om-
nes & singuli hoc modo Qualifi-
cati de ipsa Diœcesi, & alii qui
voluerint habeant per se vel per
procuratorem suum sui nomina ex-
hibere illis ad quos Beneficiorum
curatorum collatio, seu præsenta-

56 PRAGMATICA-SANCTIO:
tio spectat seu eorum Vicariis ;
quod si non fecerint , collatio seu
præsentatio , vel dispositio aliter
quam ut præmittitur facta non
propter hoc irrita censeatur. Et si-
militer in collatione tertiae partis
Præbendarum superius memorata-
rum intelligatur si tot Graduati seu
Qualificati modo præmisso potue-
runt inveniri teneanturque , ut præ-
mittitur , ipsi Graduati & Qualifi-
cati sua nomina tempore prædicto
ipsis ad quos Beneficiorum dispo-
sitio spectat , Vicariis exhibere per-
se vel per procuratorem quod si non
fecerint collatio seu præsentatio vel
dispositio aliter quam ut præmit-
tur facta : non propter hoc irrita
cen seatur. Si autem illi ad quos
Beneficiorum quævis dispositio spe-
ctat contra supradictarum qualifi-
cationum designationem , & Ordi-
nem aliquod Beneficium contule-
rint , seu ad scipsum præsentaverint ,

vel quoquò modo disposuerint : sit ipso factō irritum & inane velut Superius præmissum est. Et nihilominus per Concilia Provincia- lia cum in his defecerint aut etiam personis non idoneis quoquo modo providerint , juxta tenorem consti- tutionis Concilii generalis quæ in- cipit gravè de Præbendis , corri- gantur , & debitè puniantur.

§. X V I I.

Illi vero ad quos Beneficiorum Regularium spectat collatio , seu dispositio prætermissis indignis , ea Religiosis idoneis conferant , & assignent , quod si aliter fecerint per eorum Superiores , & capitula Provincialia corriganter , & debitè puniatur. Datum in sessione nostra publica , in Ecclesia majoti Basiliensi solemniter celebrata , nono Kal. Februarii anno à Nativitate Do- mini M. cccc xxxviii.

§. XVIII.

Placuit tamen ipsi Congregatio-
ni, ut gratiæ Expectativæ & facul-
tates nominandi à summo Pontifice
emanatæ, ac nominationes exinde
secutæ, super quibus juxta deter-
minationem decreti Basiliensis Con-
silioi processus Apostolici fuerunt
expediti usque ad Pascha proxi-
mum & non ultra quoquo modo
tollerentur ita tamen quod si inter-
im etiam quandcumque decernat
Concilium eas non esse ulterius to-
lerandas, & quidquid in hoc casu
Concilium statuerit, decreverit, seu
declaraverit: Rex & Ecclesiæ suo-
rum Regni & Delphinatūs gratum
habebunt & acceptum, quò verò
ad alias Expectativas aut nomina-
tiones super quibus non erant pro-
cessus expediti tempore decreti Ba-
sil. Concilii sæpedicti eas censem
non esse amodo tolerandas, sed
eas ex nunc habent & censem Rex

& antedicti cassas, vacuas, nullas
& inanes.

§. XIX.

Item visum fuit eidem Congregationi quod licet Concilium stauerit, ut dictæ gratiæ si quæ siant sint nullæ ipso facto, quod nihilo minus debent constitui per Concilium graves pœnæ adversus omnes & singulos qui de cætero eas impetrabunt, seu acceptabunt, vel fovebunt, aut qui eis uti ex inde præsument vel conabuntur, invocando etiam contra tales si opus videatur auxilium Brachii Sæcularis.

§. XX.

Item circa clausulam positam in ipso decreto, quæ incipit, neque etiam collationes per præventionem faciendas intendit impedi re, &c. Visum est prædictæ Congregationi quod quia indultum à jure Beneficium, & maxime à Sa-

60. PRAGMATICA-SANCTIO:
cris Canonibus nemini debeat au-
ferre absque sua culpa ut ait Gre-
gorius in Registro, rem quæ culpa
caret in damnum dari non conve-
nit: visum fuit prælibatæ Congre-
gationi quod cum collatores & Pa-
troni Ecclesiastici habeant Benefi-
cio sacri Lateran. Concilii certum
tempus ad præsentandum & confe-
rendum respectivè quod debent
instare Regii Oratores apud Sa-
crum Concilium generale, ut pro-
videat circa suum decretum de col-
lationibus, in hoc scilicet quod
decretum illud videtur ipsi Lateran.
Concilio velle derogare: ita quod
velit ipsum Sacrum Concilium de-
cernere, quod præventiones etiam
Apostolicæ Sedis, vel legatorum
eiusdem factæ in contrarium non
valeant: quo magis ipsis collato-
ribus & Patronis suum jus (cessante
culpa) eorum sicut justitia suader-
servetur illæsum.

§. XXI.

Item placuit ipsi Congregatio-
ni, ut tantò Magis studia, &
Universitates studiorum Regni &
Delphinatūs cum scientiarum aug-
mento foveantur, quod suppositis
Universitatūm prædictarum confe-
rantur duæ partes Præbendarum
illius tertiae, quæ secundum De-
cretum Sacri Basilien. Concilii de-
collationibus Beneficiorum est con-
ferenda solis Graduatis. Et id m
ordo in Parrochialibus Ecclesiis &
Capellaniis observetur.

§. XXII.

Ita quod Parochialis Ecclesia
respectu Parochialis Ecclesiae faciat
turnum, & Capellania respectu
solius Capellaniæ, & Præbenda
Cathedralis respectu solius Cathe-
dralis, & Præbenda Ecclesiae Col-
legiatæ respectu cuiusvis Ecclesiae
Collegiatæ ad collationem eandem
pertinentis, ita quod in hoc casu

emnes Ecclesiæ Collegiatæ spec-
tantes ad eandem collationem, pro
unâ Collegiatâ Ecclesiâ sint ha-
bendæ. Et idem Ordo in Regulari-
bus & Ecclesiasticis subventionibus
perpetuis quocumque nomine cen-
fcentur, observetur.

§. XXXI.

Item quod ad dictas duas par-
tes secundum ordinem prædictum,
poterunt Universitates cuilibet
Ecclesiastico Patrono, seu Eccle-
siastico Collatori nominare certum
numerum suorum Graduatorum,
qui tunc in ipsis Universitatibus
actu residuebunt, qui pro præsen-
tibus juxta morem Universitatum
& studiorum censemebuntur habendi
per easdem.

§. XXXIV.

Ita tamen quod ipse Ecclesiasti-
cus Collator vel Ecclesiasticus Pa-
tronus non teneatur de necessitate
sequi ordinem hujusmodi nomina-

tionis : dum tamen fiet præsentatio , vel collatio alicui de numero nominatorum adjecto quod si omnibus de dicto numero fuerit aliquo vel aliquibus excepto , vel exceptis satisfactum , quod illi vel illis quibus de dicto numero adhuc satisfactum non fuerit , necessario satisfieri primitus oporteat , & eos preferri quibuscumque postea ab ipsis Universitatibus nominandis.

§. XXV.

Item quod Universitates teneantur describere Gradus nominandorum , ac numerum Beneficiorum quæ præsentationis tempore possidebunt sui nominandi. Ita tamen quod Collatores non teneantur in eorum litteris hujusmodi non obstantias exprimere sive describere.

§. XXVI.

Item quod omnia predicta Beneficia per ordinarios scilicet con-

64 PRAGMATICA-SANCTIO:
ferenda quocumque modo vacave-
rint , alias scilicet quam ex causa
permutationis , vel simplicis resig-
nationis , faciant turnum respectu
præsentationis , vel collationis , il-
lis de Universitatibus vel studiis
faciendæ.

s. XXVII.

Item ut de cætero floreat sa-
pientia , & vigeant litterarum stu-
dia , nullus ad titulos Graduum &
honorum assumatur nisi idoneus &
approbatus moribus , & scientiâ
atque benemeritis , nec ita levis-
& nimium præcipitata promotio
fiat ; nam ut notum est & cunctis
ridiculosum multi Magistrorum no-
men obtinent , quos adhuc Disci-
pulos magis esse deceret. Contra
facientes , aut venientes , privilegiis
Regalibus eisdem Universitatibus
concessis , ipso facto sint privati.

s. XXVIII.

Item voluit dicta Congregatio,

quod decretum faciens mentionem
quod omnis futurus Romanus Pon-
tifex posset providere suo tempore,
vel facere provideri de uno Bene-
ficio respectu collationis in qua
fuerint decem, & de duobus in
qua fuerint quinquaginta exten-
dantur similiter ad Dominum nos-
trum Papam modernum, & quia
in ipso decreto dicitur quod possit
quilibet Romanus Pontifex modo
tamen licito & honesto, &c. visum
fuit ipsi Congregationi, hoc debere
fieri per mandatum Apostolicum,
collatoribus vel Patronis Eccle-
siasticis dirigendum juxta formam
capituli mandatum de rescriptis in-
antiquis, cum duabus capitulis
sequentibus, & quod talia man-
data fiant sub veâ datâ, non vero
sub datâ retroictivâ: ita quod dici-
tum mandatum non habeat sub
executionem nisi post mensem à
tempore suæ præsentationis Eccle-

siaſtico Patrono, ſeu Eccleſiaſtico Collatori aut ejus Vicario in ſua abſentia ut cō magis malitiis & fraudis hujusmodi obvietur.

§. XXIX:

Item insuper viſum fuit præfatæ Congregationi quod ultra decreta dicti ſacri Concilii Basilien. adi- ta de collationibus & electionibus Beneficiorum, ſit ipſi Domino noſtro Papæ moderno circa aliquas provisiones & diſpoſitiones de Ec- cleſiis & Beneficiis aliquibus in Regno, & Delphinatu & aliis Dominiis Regis, & tantum tem- pore Papæ moderni, & per mo- dum doni gratuiti ac fine præjudi- cio deferendum videlicet in caſi- bus qui ſequuntur & primò quod de omnibus Eccleſiis, Monafe- riis, aut officiis Sæcularibus, vel Regularibus quibuscumque etiam ſi Cathedrales, & Metropolitanæ, aut Provinciales exiſtant, quæ illi

qui erunt in antea promovendi de jure communi si juxta formam decretorum prædictorum , tempore promotionis eorum obtinebunt , possit ipse pro suo tempore disponere etiam ubicumque contigerit eosdem promotos consecrari , & benedici.

§. XXX.


Item non solum de illis quæ dicti promovendi tempore suæ promotionis obtinebunt ut præfertur, sed etiam de illis omnibus quæ ipse Dominus noster Papa modulus volet & disponet per affectionem prædictorum Beneficiorum mediata vel immediata in Cura, vel extra fore dimittenda : absque tamen quacumque exactione vacantiarum , aut aliorum onerum. Salvâ semper provisione quintæ partis sæpedictæ in casibus circa provisionem pecuniarum annotatis.

Item voluit dicta Congregatio ipsam liberalitatem facere, & censi-
feri esse factam personaliter Do-
mino nostro Papa moderno, &
sine præjudicio libertatum & ju-
rium Ecclesiæ Gallicanæ ut præ-
missum est: ita quod hujusmodi
concessio in personam successorum
pro ut in simili dictum est transi-
tum non habeat.

Item censuit ipsa Congregatio prosequendum esse apud Conci-
lium, ne de cætero Romani Pon-
tifices se intromittant de creandis
Canonicis in Cathedralibus &
Collegiatis Ecclesiis in quibus est
certus numerus Canonicorum &
Præbendarum cum appositione de-
creti irritantis: ut tanto Magis
videtur occasio cæptandæ, aut de-
siderandæ mortis alienæ. Nisi in
eo casu dumtaxat in quo Dignitas
vel officium de qua vel de quo

ipse alicui censeret providendum
juxta formam antedictam , requi-
reret forsitan Canonicatum in Ec-
clesia à qua dependeret dignitas
ante facta : ita tamen quod per hu-
jusmodi creationem **Canoniciæ Ca-**
nonicus hujusmodi si saltem præter
consensum collatoris crearetur , non
expectet Prebendam de proximo
vacaturam in vim scilicet creationis
hujusmodi , nisi alia ratione ei de-
beatur.

Acceptat decretum de causis quod incipit.



TITULUS QUINTUS.

De Causis.

CAPUT I.

ECCLESIASTICÆ solici-
tudinis studium jugiter invigi-

lare convenit, ut fraterna charitas in Clero ac Populo Christiano vigeat, ne quisquam per vexationes & afflictiones indebitas proximum suum opprimere permittatur: sic que justitia ordine debito cuilibet ministretur ut & viris dolosis auferatur nocendi licentia, quies, & tranquillitas Rectorum non facile perturbetur.

§. I.

Inoluerunt autem haec tenus intolerabilem vexationum abusus per multi: dum nimium frequenter à remotissimis etiam partibus ad Romanam Curiam, & interduum pro parvis & minimis rebus ac negotiis, quam plurimi citari & evocari consueverunt atque ita expensis & laboribus Fatigari, ut nonnumquam commodius Arbitrarentur juri suo cedere, aut vexationem suam gravi damno redimere, quam in longinqua regione litium

subire dispendia , sic & facile extitit calumniosis opprimere pau-
res , sic Beneficia Ecclesiastica plerumque minus justè per litium anfractus obtenta sunt , dum justis possessoribus eorum , seu quibus illa de jure competebant , neque opes , neque facultates ad sump-
tus illos sufficere poterant , quos longingua profectio ad Romanam Curiam , & litium agitatio in e-
dem deposcebant . Confunditur etiam exinde Ecclesiasticus ordo dum ordinariis judicibus sua jurisdictio minimè servatur , pecuniæ & facul-
tates Regnum ac Provinciarum hoc pacto non parum diminutæ sunt , & quod universo Ecclesiasti-
co ordini admodum nocere com-
pertum est , hi ad quos ad summa ne-
gotia Christianæ Religionis , su-
blimitas dignitatis evocabat , illis minus reddebantur intenti , dum ipsorum mentes nimium occupaba

72 PRAGMATICA-SANCTIO.
assidua causarum multitudo. Quæ
attendens hæc Sancta Synodus pro
reformatione Ecclesiæ Dei in ca-
pite & in membris, juxta potesta-
tem à Domino sibi concessam in-
vigilans, ut omnia deinceps ordi-
ne congruo peragantur in salutem
Animarum ac pacem & quietem
cunctorum.

§. II.

Statuit & decrevit quod in par-
tibus ultra IIII. Diætas à Roma-
na Curia distantibus omnes quæ-
cumque causæ exceptis majoribus
in jure expressè enumeratis Ec-
clesiarum Cathedralium & Monas-
teriorum causis, quas causas im-
mediata subiectio ad sedem Aposto-
licam devolvit, apud illos judices
in partibus qui de jure, aut de
consuetudine prescripta, vel privi-
legio cognitionem habent termi-
nentur & finiantur. Et ne sub um-
bra appellationum quæ nimium
leviter

leviter & nonnumquam frivolè hactenus interponi visę sunt atque eodem instanti ad prorogationem litium saepe multiplicari , materia fovendis injustis vexationibus relinquatur. Statuit ea Sancta Synodus quod si quis offensus coram suo iudice habere non possit justitiæ complementum ad immediatum Superiorum per appellationem recursum habeat.

§. III.

Nec ad quemicumque etiam Pampham omisso medio neque à gravamine in quacumque instantia ante definitivam Sententiam quomodolibet appellatur , nisi forsitan tale gravamen extiterit quod in definitiva reparari nequirit quo casu non alias quam ad immediatum Superiorum liceat appellare.

§. IV.

Si vero quispiam à Sede Apostolica immediatè subjecto ad ipsam

sedem duxerit appellandum causa per rescriptum usque ad finem litis inclusive committatur in partibus nisi fortè propter detectum justitiæ , aut justum metum etiam in partibus convicinis , de quibus in commissione exprimendis legitimo prius documento aliàs quam per juramentum summariè constiterit , apud ipsam sedem foret merito retinenda. Et quidquid in contrarium hujus saluberrimi decreti attentatum , factum , vel obtentum fuerit sic nullum ipso facto litigantesque qui contra fecerint in expensis condemnentur.

§. V.

Romanæ vero Cardinales Ecclesiæ , Vicecancellarium , Camerarium , Magnum pœnitentiarium , Protonotarios , & alios sedis Apostolicæ Officiales actu in Curia suis Officiis insistentes , hoc decreto non intendimus comprehendendi.

Ne tamen in dissolutionem vel translationem præsentis Concilii , aut erectionem Conventiculi apud Ferrariam aut alibi sub nomine Generalis Concilii quasi Dominus Eugenius Papa IV. efficere conatus est vel conaretur in futurum, causas illas & maximè incorporatorum , aut incorporandorum in hoc Sacro Concilio : quas hæc Sancta Synodus remitteret aut non reciperet in Curiam ipsius Domini Eugenii , aut præfatum Consilium Conventiculum Ferrariense , vel alibi de facto contingenteret in fomentum dissolutionis , translationis & erectionis prædictarum , voluit hæc Sancta Synodus causas quascumque pendentes & commissas , aut etiam quascumque causas incorporatorum , aut incorporandorum , ac alijs per appellationem devolutas , aut devolvendas;

76 PRAGMATICA SANCTIO.

nec non illas quæ conservationem decretorum ipsius Sanctæ Synodi concernunt, apud eandem Synodum ipsa durante, seu donec alter fuerit ordinatum tractari, salvis etiam advocationibus causarum pendentium in Curia Rom. per quæcumque nostra decreta factis, aut faciendis, decretis etiam aliis & ordinationibus ejusdem Sanctæ Synodi in suo robore remanentibus cum modificationibus sequentibus.

§. VII.

Visum fuit dictæ Congregationi quod si Romanam Curiam residere contingat citra montes. Quod tunc in partibus ultra duas Diætas à Curia distantibus, omnes causæ Ecclesiasticæ habeant tractari coram illis scilicet judicibus quibus de jure, vel consuetudine, aut privilegio competit cognitio & diffinitio eorundem, exceptis causis quæ exprimuntur in decreto.

Item quod Monasteria & alia Beneficia qualiacumque Sæcularia & Regularia, seu loca circaquorum exceptionem providit Sacrum Constan. Concilium per quemdam Canonem qui (ut dicitur) incipit (attendantes) : non sunt habenda respectu dicti Decreti de causis : nec alias quovis modo pro exemptis , sed verius pro non exemptis. Et pro talibus per generale Concilium ex cautela superabundanti declaranda , & quod hoc prosequantur Oratores Regii apud ipsum Concilium. Item placet equitas dicti Decreti quod ad neminem etiam Papam possit omisso medio de cætero appellari , & quod si quis offensus non possit coram suo judice habere iustitiae complementum , quod tunc possit per appellationem ad immediatum Superiorem dicti sui judicis

habere recursum ita quod si Papa sit immediatus Superior dicti judicis, quod causa committatur in partibus non suspecto, vel suspectis.

§. IX.

Item placet Decretum in hoc scilicet quod in nulla instantia possit quomodolibet appellari ante definitivam Sententiam, si grave tale existat quod in definitiva possit reparari, nam tunc licitum est etiam ante definitivam Sententiam appellare, non tamen ad alium quam ad immediatum Superiorum ut præfertur: ita etiam quod si ille immediatus Superior sit ipse Papa quod causa ipsa committatur non suspecto, vel non suspectis, & in partibus, ut in simili dictum est.

§. X.

Item placet Decretum in versiculo, si vero quispiam, usque ad

versiculum, Romanę vero, salvo quod pro justificatione, & moderatione dicti versiculi videtur instantum fore per ipsos Regios Oratores apud ipsum Concilium ad determinationem numeri & qualitatum Officiariorum Apostoliconrum & Curiæ.

§. XI.

Item circa versiculum voluit hęc Sancta Synodus in Decreto prædicto de causis, visum est quod prædictus versiculus seu articulus est pro nunc respectu causarum jam actu Basileæ pendentium adhuc tolerandus propter bonam spem eo magis inclinandi Concilium Basileense prædictum ad unionem & concordiam cum Domino nostro Papa, ita tamen quod Ambassatores Regii qui sunt illic destinandi habeant remonstrare ipsi Sacro Conilio, quod vacare & intendere tot causis, & talibus, repug-

80 PRAGMATICA-SANCTIO.
nat officio Conciliorum Genera-
lium, & quod hoc posset dare
causam seu occasionem perpetuan-
di Generalia Concilia, & absor-
bendi auctoritatem sedis Apostoli-
cæ, & aliorum Prælatorum & fi-
naliter excitandi Reges & Princi-
pes adversus Generalia Concilia in
grande prejudicium fidei & Ec-
clesiæ Sancte Dei cum intimatio-
ne illis de Concilio predicto fa-
cienda. Quod si ipsis circa hoc
differant providere, Rex & Eccle-
sia Regni sui & Delphinatūs tum
ob necessitatē suo Regno his
diebus plurimum ingruentem, tum
ut equalitas respectu ipsorum; si-
cū respectu Pape observetur prout
per Decreta eorum adversus Pa-
pam statuitur quod in eventum
moræ amplioris, sicut respectu
unius partis, jam per eos provi-
sum est, ita respectu a' terius inspi-
rante Domino sicut justum est pro-

videbit : quoniam scriptum est parere legem quam ipse tuleris , & alibi quod quisque juris in alterum statuerit , ipse eodem jure utatur.

§. XII.

Item fuit conclusum per eandem Congregationem ut omnes & singulæ causæ quæ de sui natura & secundum Sacros Canones non sunt tractandæ apud sedem Apostolicam vel Curiam Romanam: aut etiam apud Generalia Concilia, si in eis nondum est lis contestata, vel quasi contestata, puta porrecto jam libello, & cognito de meritis causæ, seu incepto cognoscere de eisdem tractent ut & agitentur deinceps coram suis judicibus in partibus , quibus respectu earum competit jurisdictione , quod si contingat in causis eisdem deinceps addicatos foro appellari quod causæ appellationum committantur in partibus juxta Constitutionem Bonifacii VIII. statutum & obtineantur

tur à Rege litterę inhibitorię ad Curiam Parlamenti & ad alios justitiarios & Officiarios Regni & Delphinatus.

Item acceptat Decretum quod incipit contra frivolē appellantes.



TITULUS SEXTUS.

De Frivolis appellationibus.

CAPUT I.

UT lites citius terminentur, super eodem gravamine, aut super eadem interlocutoria vim definitivae non habente nullatenus liceat secundò appellare.

s. I.

Quodque ante definitivam frivolę, aut injuste appellans ultra condemnationem expensarum, damnorum, & interesse, in quinde;

PRAGMATICA-SANCTIO. 83
cim Florenis aureis de Camera
parti appellatę per appellationis
judicem condemnetur.

Item acceptat Decretum quod incipit.



TITULUS SEPTIMUS.

De Pacificis possessoribus.

CAPUT PRIMUM.

QUICUMQUE non violen-
tus sed habens coloratum ti-
tulum pacificè & sine lite Präla-
turam , dignitatem , Beneficium ,
vel Officium triennio proximo
hactenus possedit , vel in futurum
possidebit , non possit postea in
petitorio vel possessorio à quoquam
etiam ratione juris noviter impe-
trati Molestari. Excepto hostili-
tatis casu , vel alterius legitimi

d vj

§4 PRAGMATICA-SANCTIO.
impedimenti de quo protestari, &
illud juxta Concilium Viennense
intimare teneatur.

s. I.

Lis autem hoc casu quo ad fu-
turas controversias intelligatur, si
ad executionem citationis, juris-
que sui in judicio exhibitionem, ac
terminorum omnium observatio-
nem processum fuerit:

s. II.

Ordinarii autem inquirant dili-
genter ne quis sine titulo Benefi-
cium possideat. s. III.

Quod si talem quandcumque re-
pererint declarent jus illi non com-
petere, & huic si sibi videatur nisi sit
intrusus, vel violentus, aut alias ir-
dignus vel alteri idoneo provideant.
Datum in cessione publica in Eccle-
sia majori Basileensi solemniter cele-
brata die jovis IX. mensis Junii, ann:
à Nativitate Domini M. CCCCCXXXV,

Item acceptat Decretum quod incipit,



TITULUS OCTAVUS.

*De numero & qualitate
Cardinalium*

CAPUT I.

CUM summo Pontifici Sancte Romanæ Ecclesiæ Cardinales in dirigenda Christiana republika Collaterales assistant, necesse est ut tales instituantur, qui sicut nomine, ita re ipsa Cardinales sint, super quos Ostia Universalis Ecclesiæ versantur, & sustententur.

§. I.

Satuit igitur hæc Sancta Synodus, ut deinceps eorum numerus adeò sit moderatus, ut nec sit gravis Ecclesiæ, nec superflua numerositate vilescat, qui de omni-

86 PRAGMATICA-SANCTIO.
bus Christianitatis partibus quantum fieri commodè poterit assumentur, ut notitia rerum in Ecclesia Emergentium facilius haberis & super his maturius deliberari possit, sic tamen quod numerum xxiv. inter eos qui nunc sunt, & assumendos, non excedat, ita quod de una natione ultra tertiam partem respectu Cardinalium pro tempore existentium, ac de una Civitate, & Dioecesi ultra unum inde oriundum : & de una natione quæ nunc ultra tertiam partem habet, usque ad ipsius tertiae partis reductionem esse nequeant.

s. II.

Sint viri in scientia, moribus, ac rerum experientia excellentes, non Minores xxx. annis, Magistri, Doctores, seu licentjati cum rigore examinis in jure Divino vel humano, sit saltem tertia vel quarta pars de Magistris, aut licentiatis in Sacra scriptura.

§. III.

Inter eos autem xxiv. esse aliqui poterunt valde ad modum pauci filii, fratres, aut nepotes Regum, seu Magnorum Principum, in quibus cum circumspectione & maturitate morum competens literatura sufficiat.

Non fiant Cardinales nepotes ex fratre vel sorore Romani Pontificis, aut alicujus **Cardinalis** viventis, non illegitimè nati, non corpore vitiati, nec alicujus criminis aut infamiae nota respersi: prædicto autem numero xxiv. pro Magna Ecclesia necessitate vel utilitate, dum modo alii in quibus vitæ sanctitas, vel eximiæ virtutes resplendant, quamquam memoratos Gradus non habeant, ac de Græcis qui cum Romana Ecclesia uniti fuerunt, insignes aliqui viri adjici poterunt.

§. I V.

Non fiat Cardinalium electio solum per auricularia vota, sed illi soli assumi poterunt, in quas factio vero scrutinio ac publicato, Majorem partem Cardinalium per subscriptionem manus propriæ constiterit Collegialiter consensisse de super etiam Apostolicæ litteræ cum subscriptione Cardinalium confiantur Decreto hujus Sacri Concilii (in quarta sessione solemniiter publicato, quod incipit (Item cum multiplicatio Cardinalium) in suo robore inviolabiliter permanens.

§. V.

Salvo quod videtur nimis rigosum circa nepotes Romanorum Pontificum si alias sint benemeriti, prout & alia circa Decretum quod incipit.



TITULUS NONUS.

De Annatis.

CAPUT I.

STATUIT hæc Sancta Synodus, quod tam in Ecclesia Romana quam alibi pro seu in Confirmatione electionum, admissione postulationum, præsentationum, provisione, collatione, dispositione, electione, postulatione, præsentatione: etiam à laicis facienda institutione installatione & investitura, de Ecclesiis etiam Cathedralibus & Metropolitanis, Monasteriis, Dignitatibus, Beneficiis, Officiisque, Ecclesiasticis quibuscumque nec non Ordinibus, Sacra Benedictione, ac pallio, de cætero nihil penitus ante vel post

90 PRAGMATICA-SANCTIO.
exigatur ratione litterarum vel Bul-
læ sigilli Annatorum communium,
& minutorum servitiorum , primo-
rum fructuum , deportuum , aut sub
quocumque alio titulo , colore ,
vel nomine prætextu cujusvis con-
fuetudinis , privilegii , vel statuti ,
aut alia quavis causa vel occasione ,
directè vel indirectè , solum scrip-
toribus , abbreviatoribusque & re-
gistratoribus litterarum seu minu-
tarum pro illorum labore compe-
tentí salario solvendo . Hinc autem
Sacro Canoni si quis promitten-
do , exigendo , vel dando contra-
venire præsumperit pœnam incur-
rat adversus Simoniacos inflictam
& in ipsis Dignitatibus , ac Be-
neficiis taliter obtentis , nullum
jus ac titulum acquirat . Obliga-
tiones quoque promissiones , cen-
suræ , ac mandata & quidquid in
præjudicium Decreti hujus salu-
berrimi fierit contingere nullas ob-

PRAGMATICA-SANCTIO. 91
tinere vires, atque irrita censeantur.

§. I.

Et si quod absit Romanus Pontifex qui præ cæteris Universaliū Conciliorum exequi & custodiri debet Canones, adversus hanc sanctionem aliquid faciendo Ecclesiam scandalizet Generali Concilio deferatur, cæteri vero pro modò culpæ juxta Canonicas sanctiones per suos Superiores digna ultione puniantur.

§. II.

Voluit tamen hæc Congregatio pro instanti necessitate moderni Papæ, & Sacri Collegii Dominorum Cardinalium hodie notoriè ingruente, & etiam juxta pollicitationem Sacri Basiliensis Concilii in suo Decreto de electionibus in fine, videlicet quod præfatus summus Pontifex moderator habeat ejus vita durante dum taxat pro se, & Dominis Cardi-

92 PRAGMATICA-SANCTIO.
nalibus ac cæteris Officiariis Cu-
riæ Romanæ , ex fructibus qua-
rumlibet Ecclesiarum , Monaste-
riorum quorumcumque Beneficio-
rum ad deceim libras vel amplius
taxatorum vacatotorum deinceps
alias quam ex causa permutatio-
nis , & simplicis resignationis ,
quintam partem illius taxæ , vide-
licet quæ olim per Reges & Ec-
clesias suorum Regni & Delphi-
natus tolerabatur , pro tunc quo
fuit Concilium Constantiense in-
choatum , ita quod dicta quinta
pars taxæ prædictæ non referatur
ad illam taxam ad quam fuit fac-
ta ultima reductio per dictum Con-
stantiense Concilium sed refertur
ad illam in hoc casu ex qua im-
mediatè fuit ab eodem Constanti-
nentio facta ipsa reductio . Pro-
visio tamen quod fructus & pro-
ventus Beneficii sic taxati ad mi-
nus tantum valeant pro tempore

quantum ipsa taxa. Item respectu aliorum Beneficiorum de quibus forsitan aliter taxatio non invenitur, quam secundum taxationem Decimæ, solvetur in hoc casu quinta pars illius taxæ, summa scilicet totalis quæ ex ipsa Decima decies repetita resultaret, hoc est quod in hoc casu solvantur Decimæ duæ, prima primo anno, & secunda secundo anno, dum tamen illa totalis summa quæ ex illis Decimis resultat, ad minus ad decem libras ascendat. Item quod hujusmodi subventio conceditur per modum solius doni gratuiti, & non alias, & sine præjudicio libertatum Ecclesiæ Gallicæ, & dumtaxat hujusmoderni Papæ vita durante.

§. III.

Item quod dicta quinta pars locum suum obtinebit per quemcumque ubicumque in Curia vel

94 PRAGMATICA-SANCTIO,
extra, & quacumque auctoritate
Ecclesiastica, de ipsis Ecclesiis,
Monasteriis, vel Beneficiis quo-
modolibet, praeter quam ex cau-
sa permutationis, aut Resignationis
puræ & simplicis ut præfertur: dis-
ponatur exceptis Beneficiis quorum
jus Patronatus, præsentatio, col-
latio, institutio, vel provisio ad
Regem jure Regaliæ, vel aliâs aut
aliumquemque, vel alios jure Laï-
co spectat & pertinet de quibus
nihil proorsus solvetur.

§. IV.

Item fuit deliberatum, quod
quinta pars solvatur in partibus,
& in moneta usuali, auri vel ar-
genti, ad æstimationem scilicet
marchæ auri secundùm valorem
septuaginta aureorum, & collec-
tori, vel subcollectorî, & intra
Diœcesim intra cujus limina erit
ipsa Ecclesia vel Beneficium: ita
quod una medietas dicta quintæ

partis solvatur idem intra annum
à tempore possessionis pacificæ,
& alia medietas intra annum pro-
ximò subsequentem.

§. V.

Item quod ratione dictæ quin-
tæ partis vel medietatis, aut alte-
rius portionis ejusdem non pos-
sint illi qui ad eam tenebuntur
trahi extra Dioecesim intra cujus
metas est. vel erit ipsa Ecclesia,
Monasterium , aut Beneficium:
sed habebit Collector vel Subcol-
lector ante dictus recursum ad Or-
dinarios judices contra non exemp-
tos & similiter contra eos qui pro
non exemptis sunt censendi , juxta
quandam constitutionem Concilii
Constan. quæ incipit attendentes.
Contra vero exemptos qui Supe-
riores in Dioecesi in qua sunt Ec-
clesia , Monasterium , Benefi-
cium, vel Officium , aut aliud Mi-
nisterium Ecclesiasticum quocum-

que nomine censeantur, noscuntur habere, recurratur ad Superiorum eorundem quod si Superiorum in Dioecesi non habeant, vel si habeant tamen negligentes fuerint, aut remissi ad Dioecesanos locorum recurratur: qui tamen Apostolica vel Synodali auctoritate (remota appellatione quacunque) habebunt facere indicatam justitiam de predictis.

§. VI.

Item quod si Ecclesia, Monasterium, vel Beneficium, sic taxatum ut praefertur contingat anno eodem bis vel pluries vacare, quod una quinta semel tantum solvatur, videlicet quod si post fructus Collectos seu perceptos aut acquisitos contingerit vacatio, ad solutionem primae medietatis quintae partis predictae, bona ultimi possessoris teneantur & ejus successor in Ecclesia vel Beneficio ad aliam medietatem

PRAGMATICA-SANCTIO. 97
mediatatem taxæ prædictæ intra
primum annum pacificæ suæ pos-
sessionis teneatur. Si vero ante
collectionem, perceptionem, vel
acquisitionem contigerit vocatio
successor in dicto Beneficio tenea-
tur ad integrum solutionem dictæ
quintæ partis.

§. VII.

Item quod ex nunc & de cæ-
tero penitus cessent, & cessabunt
in Romana Curia omnes exactio-
nes ratione vacantiarum tam ra-
tione pallii Sacri, vel minutorum
servitorum, & aliæ quæcumque
exactiones, quovis nomine cen-
seantur, excepto tamen moderato
& competenti salario scriptorum
Curiæ Romanæ: prout in ipso De-
creto sacri Basili. Concilii expressius
continetur: & hoc sub poena per-
dendi ipso facto gratiam de pro-
visione ante dicta, respectu Cu-
riæ, & sub poena perditionis, Be-

neficii respectu provisi contra fa-
cientis, & hoc per suum imme-
diatum Superiorem, qui in tali-
bus casibus habeat potestatem.
Item fuit visum prædictæ Congre-
gationi, quod in præmissis Decre-
tis & ipsorum quolibet apponatur
per Sacrum Concilium, Decre-
tum irritans, & gravium poena-
rum adjectio, cum clausis oppor-
tunis contra quoscumque cujus-
cumque auctoritate fuerint in con-
trarium attentantes seu facientes.

Item acceptat Decretum quod incipit.



TITULUS DECIMUS.

*Quomodo Divinum Officium sit
Celebrandum.*

CAPUT I.

SI QUI S Principem sœculi ro-
gaturus habitu honesto, ges-

tu decenti, prolatione non præcipiti, sed distincta, attenta quoque mente seipsum ac verba studeat componere: quanto diligenterius in hoc Sacro loco omnipotentem oraturus Deum hæc omnia facere curabit.

§. I.

Statuit igitur hæc Sancta Synodus, ut in cunctis Cathedralibus ac Collegiatis Ecclesiis horis debitibus, signis congrua pulsatione præmissis laudes Divinæ per singulas horas, non cursim ac festinanter, sed tractim & cum pau- sa decenti, præsertim in medio cujuslibet versiculi psalmorum, debitam faciendi inter solemne & feriale Officium differentiam, reverenter ab omnibus persolvantur, horas Canonicas dicturi, cum tunica talari, ac superpeliciis mundis ultra medias tibias longis, vel cappis juxta temporum & regionum

e ij



100 PRAGMATICA-SANCTIO:
diversitatem, Ecclesias ingredian-
tur, non Capucia sed Almusias
vel bitreta tenentes in capite. Qui
cum in Choro fuerint gravitatem
servent, quam & locus & Offi-
cium exigunt: non in simul, aut
cum aliis confabulantes, seu col-
loquentes, aut litteras seu scriptu-
ras alias legentes. Et cum psal-
lendi gratia ibidem convenient mu-
ta aut clausa labia tenere non de-
bent. Sed omnes præsertim qui
majori funguntur honore in Psal-
mis, Hymnis, & Canticis Deo
alacriter modulentur. Cum dicitur
Gloria Patri & Filio, & Spiritui
Sancto omnes consurgant. Cum
nominatur illud nomen gloriosum
Jesus in quo omne genuflectitur,
Cœlestium, Terrestrium, & In-
fernorum, omnes caput inclinent.

§. II.

Nemo ibidem dum horæ in
communi cantantur legat vel dicat

PRAGMATICA-SANCTIO. ior
privatum Officium. Nam non so-
lum obsequium quo obnoxius est,
Choro subtrahit, sed & alios psal-
lentes perturbat. Super his debitè
observandis , aliisque ad Divini
Officii prosecutionem ac Chori
disciplinam spectantibus , Decanus,
vel cui onus incumbit diligenter
invigilet hinc inde , ne quid inor-
dinate fiat circonspectiens : horum
autem transgressores illius horæ , in
qua circa prædicta excesserint , vel
alia majori , prout transgressionis
gravitas exegerit plectantur poena.
Salvis tamen laudabilibus consue-
tudinibus , Statutis , ac observan-
tiis specialibus Ecclesiarum singu-
larum Regni & Delphinatus,

Item acceptat Decretum quod incipit,



TITULUS UNDECIMUS.

*Quo tempore quisque debeat
esse in Choro.*

CAPUT I.

Qui in matutinis ante finem Psalmi Venite exultemus, in aliis horis ante finem primi Psalmi, in Missa ante ultimum Kyrie eleison, usque ad finem Divino Officio non interfuerit, nisi forte necessitate cogente ac petita & obtenta à Præsidente Chori licentia discedere oporteat, pro illa hora absens censeatur salvis Ecclesiarum consuetudinibus si quæ forte circa hæc arctiores existant.

§. I.

Idem in his observetur qui à

PRAGMATICA-SANCTIO. 103
Principio usque in finem Proces-
sionibus non permanserint. Pro-
cujus executione deputetur aliquis,
onus habens notandi personas sin-
gulas, statuto tempore non con-
venientes, juramento astriclus age-
re fideliter, & nulli parcere.

§. II.

Jubet etiam hæc Sancta Sy-
nodus quod in illis Ecclesiis in
quibus singulis horis certæ distri-
butiones statutæ non sunt, omni-
no etiam de grossis fructibus si
opus sit, deputentur, ut juxta
mensuram laborum plus minusve
quisque capiat emolumenti.

§. III.

Tollens prorsus abusum illum
quo in una dumtaxat hora præ-
sens, totius diei distributiones usur-
pat, & illum quo præpositi vel
Decani, aut alii Officiales ex hoc
solum quod Officiales sunt, licet
actualiter pro utilitate Ecclesiæ

104 PRAGMATICA-SANCTIO:
non absint quotidianas distributiones percipiunt.

Item acceptat Decretum quod incipit.



TITULUS DUODECIMUS.

*Qualiter horæ Canonicae sint dicenda
extra Chorum*

QUOS CUMQUE etiam alibi Beneficiatos, seu in Sacris constitutos, cum ad horas Canonicas teneantur, admonet hæc Sancta Synodus ut si Orationes suas Deo acceptas fore cupiunt, ut non in gutture vel inter dentes, seu deglutiendo, aut Syncopando dictiones, vel colloquia, vel risus intermiscendo, sed sive soli, sive associati diurnum nocturnumque Officium reverenter verbisque distinctis peragant, ac tali in loco unde à devotione non retrahantur.

PRAGMATICA-SANCTIO. 105
tur , ad quam se disponere & præ-
parare debent , juxta illud quod
scriptum est ante Orationem præ-
para animam tuam , ne sis quasi
qui tentat Deum.

Item acceptat Decretum quod incipit:



TITULUS XIII.

*De his qui tempore Divinorum Offi-
ciorum vagantur per Ecclesiam.*

QUICUMQUE in Ecclesia
Beneficiatus ; præsertim de
Majoribus , Divinorum tempore
per Ecclesiam vel foris circa ip-
sam deambulando , aut cum aliis
colloquendo vagari visus fuerit ,
non solum illius horæ sed totius
præsentiam diei ipso facto amittat ,
qui si semel correctus non desti-
terit per mensem distributionibus
careat , vel graviori si pertinacia

106 PRAGMATICA-SANCTIO.
exegerit poenæ subjaceat ut tan-
dem desistere cogatur.

§. I.

Prohibeatur etiam ne Divina
Officia tumultuosi quorumcumque
per Ecclesiam discursus impedian-
t aut perturbent.

§. II:

Regulares qui in Conventuali-
bus Ecclesiis circa prædicta excel-
serint gravi poena Superiorum ar-
bitrio castigentur.

Item acceptat Decretum quod incipit:



TITULUS XIV.

De pignorantibus cultum Divinum

CAPUT I.

A Busum illum etiam cultui
Divino manifestè derogant-

PRAGMATICA-SANCTIO. 107
tem, quo nonnulli Ecclesiarum
Canonici contrahentes debita, sic
se creditoribus obligant, ut nisi
statuto tempore satisfaciant, à Di-
vinis cesseretur Officiis, abolentes,
& obligationem hujusmodi, etiam
si jurejurando firmata sit irritam
decernentes statuimus ut qui tales
illicitum contractum fecerint,
trium mensium fructus ipsius Ec-
clesiae appellandos ipso facto amit-
tant, & quandiu Divina non re-
sumperint, nullos ex ipsa Ecclesia
proventus percipians.

Item acceptat Decretum quod incipit.



TITULUS XV.

De Tabula pendente in Choro:

U T cuncta in domo Dei or-
dinatè procedant & quilibet
sciat quid agendum imminet, sta-
e vj

tuatur tabula aliqua continuè pendens in Choro in qua quid per unumquemque ex Canonicis vel aliis Beneficiatis in singulis horis per hebdomadam , aut majus tempus cantandum legendumve sic describatur : qui autem secundum quod ibi descriptum fuerit , facere per se vel alium neglexerit , pro qualibet horâ distributiones unius diei amittat.

Item acceptat Decretum quod incipit.



TITULUS XVI.

De his qui in Missa non complent Credo , vel cantant Cantilenas , vel nimis bassè Missam legunt aut sine Ministro.

A Busum aliquarum Ecclesiasticarum in quibus Credo in unum Deum quod est Symbolo

Ium & confessio fidei nostræ , non complete usque in finem cantatur , aut Præfatio seu Oratio Dominica omittitur , vel in Ecclesiis cantilenæ Seculares voci admiscentur , seu Missæ etiam privata sine Ministro , aut præter secretas Orationes ita submissa voce dicitur , quod à circumstantibus audiri non potest abolentes , statuimus ut qui in his transgressor inventus fuerit à Superiore debitè castigetur.

Item acceptat Decretum quod incipit.



TITULUS XVII.

De tenentibus capitula tempore Missæ.

PROHIBET hæc Sancta Synodus ut tempore Missæ majoris , præsertim diebus solemnibus capitula seu actus capitulares , aut alii tractatus per Canonicos non

110 PRAGMATICA SANCTIO.
celebrentur, nisi forte urgens &
evidens ingrueret necessitas. Qui
vero ad talem horam capitulum
indixerit à distributionibus quoti-
dianis per hebdomadam sit sus-
pensus, neque ipsi Canonici pro
illa hora ipsas distributiones lu-
centur.

Item acceptat Decretum quod incipit.



TITULUS XVIII.

*De spectaculis in Ecclesia non
faciendis.*

TURPEM etiam illum abu-
sum in quibusdem frequen-
tatum Ecclesiis quo in certis anni
celebritatibus nonnulli cum mitra,
Baculo ac vestibus Pontificalibus
more Episcoporum benedicunt,
alii ut Reges ac Duces induti,
quod festum fatuorum vel Inno-

PRAGMATICA SANCTIO. III
centium, seu puerorum in quibusdam Regionibus nuncupatur alii larvales ac Theatrales jocos, alii Choreas, ac tripudiam marium ac mulierum facientes, ut homines ad spectacula & cachinationes moveant, alii commissationes & convivia ibidem præparant. Hæc Sancta Synodus detectans statuit & iubet tam ordinariis, quam Ecclesiarum Decanis & Rectoribus sub poena suspensionis omnium proventuum Ecclesiasticorum, trium mensium spatio, ne hæc aut similia ludibria, neque etiam mercantias: seu negotiationes nundinarum in Ecclesia quæ domus Orationis esse debet, & etiam in cæmeterio exerceri amplius permittant.

§. I.

Transgressoresque per censuram Ecclesiasticam aliaque juris remedia punire non negligant omnes.

112 * PRAGMATICA-SANCTIO.
autem consuetudines , statuta , aut
Privilegia quæ his non concordant
Decretis nisi forte maiores adjice-
rent poenas irrita esse hæc Sancta
Synodus decrevit. Datum in sessio-
ne publica Basileæ in majori Ec-
clesia solemniter celebrata , die
jovis IX. mensis Junii , anno
M. CCCCCXXXV.

Item acceptat Decretum.



TITULUS XIX.

De Concubinariis.

CAPUT I.

QUICUMQUE Clericus cu-
juscumque conditionis , sta-
tus , Religionis , Dignitatis , etiam-
si Pontificalis , vel alterius præ-
minentiae existat , qui post hujus

PRAGMATICA-SANCTIO. 113
constitutionis notitiam , quam ha-
bere præsumitur per duos menses
post publicationem ejusdem in Ec-
clesiis **Cathedralibus** (quam ipsi
Diœcesani omnino facere tenean-
tur postquam eadem constitutio ad
eorum notitiam pervenerit) fuerit
publicus **Concubinarius** à percep-
tione fructuum omnium Benefi-
ciorum suorum , trium mensium
spatio sit ipso facto suspensus.

§. I.

Quos suus superior in fabri-
cam , vel aliam evidentem Eccle-
siatum utilitatem ex quibus hi fruc-
tus percipiuntur convertat.

Nec non & hujusmodi publi-
cum Concubinarium , ut primùm
talem esse innotuerit mox suus su-
perior monere teneatur ut infra
brevissimum terminum Concubi-
nam dimittat , quod si non dimi-
serit , vel dimissam , aut aliam pu-
blicè resumpserit , jubet hæc Sanc-

114 PRAGMATICA-SANCTIO.
ra Synodus, ut ipsum omnibus
suis Beneficiis omnino privet.

s. II.

Et nihilominus hi publici Con-
cubinarii usquequod cum eis per-
suos Superiores post ipsarum Con-
cubinarum dimissionem, manif-
tamque vitæ emendationem fuerit
dispensatum, ad susceptionem quo-
rumcumque bonorum, Dignita-
tum, Beneficiorum, Officiorumve
sint inhabiles.

s. III.

Qui si post dispensationem re-
cidivo vomitu ad hujusmodi pu-
blicum Concubinatum redierint,
sine spe alicujus dispensationis ad
prædicta prorsus inhabiles existant.

Quod si hi ad quos talium cor-
rectio pertinet eos ut prædictum
est punire neglexerint eorum Su-
periores tam in ipsis de neglectu
quam in illos pro Concubinatu
modis omnibus digna punitione
animadvertant.

In Conciliis etiam Provincialibus & Synodalibus adversus tales punire negligentes , vel de hoc criminе diffamatos , etiam per suspensionem à collatione Beneficiorum , vel alia condigna pœna severiter procedatur . Et si quorum destitutio ad summum Pontificem spectat , per Concilia Provincialia , aut suos Superiores , propter Concubinatum publicum reperiantur privatione digni statim cum processu Inquisitionis ipsi summo Pontifici deferantur , eadem diligentia & Inquisitio in quibuscumque Generalibus capitulis & Provincialibus quo ad suos serventur.

Pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos Concubinarios statutis , in suo robore permanens.

§. IV.

Publici autem intelligendi sunt non solum hi quorum Concubi-

natus per Sententiam, aut confessionem in jure factam, seu per Rei evidentiam quæ nulla possit tergiversatione celari notorius est. Sed qui mulierem de incontinencia suspectam & diffamatam tenet, & per suum Superiorem admonitus, ipsam cum effectu non dimittit.

§. V.

Quia vero in quibuscumque regionibus nonnulli Jurisdictionem Ecclesiasticam habentes, pecunarios quæstus à Concubinariis percipere non erubescunt patiendo eos in tali fœditate sordescere: sub poena maledictionis æternæ praecipit ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alicujus quæstus talia quovis modo tolerent, aut dissimulent, alioquin ultra præmissem negligentiae poenam, duplum ejus quod propterea acceperit, restituere ad pios usus omnino tenantur & compellantur.

§. VI.

Ipsas autem Concubinas aut mulieres suspectas Prælati omnibus modis arceant à suis subditis, per auxilium & brachii Sæcularis invocationem, si opus fuerit penitus arcere.

§. VII.

Qui etiam ex tali Concubitu procreatos filios apud patres suos cohabitare non permittant.

§. VIII.

Jubet insuper hæc Sancta Synodus, ut etiam in prædictis Syndicis & capitulis hæc constitutio publicetur, ut quilibet & suos subditos ad ipsarum Concubinorum dimissionem moneat diligenter.

§. IX.

Injungit præterea omnibus Sæcularibus viris, etiam si Regali præfulgeant dignitate ne ullum qualemcumque inferant impedimen-

118 PRAGMATICA-SANCTIO.
tum quocumque quæsito colore
Prælatis, qui ratione Officii sui ad-
versus subditos suos pro hujusmodi
Concubinatu procedant & cum
fornicationis crimen lege Divina
prohibitum sit, & sub poena pec-
cati mortalis necessario evitandum,
monet omnes Laicos tam uxora-
tos quam solutos, ut similiter à
Concubinatu abstineant, nimis
enim reprehensibilis est qui uxorem
habet, & ad aliam mulierem acce-
dit. Qui vero solitus est, si con-
tinere nolit, si Apostoli **Conci-**
lium uxorem ducat. Pro hujusmo-
di autem **Divini** observantia præ-
cepti, hi ad quos pertinet, tam
salutaribus monitis, quam aliis
Canonicis **remediis** omni studio
laborent.

Item acceptat Decretum quod incipit.



TITULUS XX.

De Excommunicatis non vitandis.

CAPUT I.

AD vitandum scandalum & multa pericula, subveniendumque conscientiis timoratis.

Statuit quod nemo deinceps à communicatione alicujus in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscumque Divinis vel extra prætextu cuiuscumque Sententiæ, aut censuræ Ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitione ab homine vel à jure Generaliter promulgatae teneatur abstinere vel aliquem vitate, vel interdictum Ecclesiasticum observare, nisi Sententia, prohi-

120 PRAGMATICA-SANCTIO.

bitio , suspensio , vel censura hu-
jusmodi fuerit in vel contra per-
sonam , Collegium , Universita-
tem , Ecclesiam , aut locum cer-
tum , aut certam , à judice publi-
cata , & denunciata specialiter &
expresse , aut ita notoriè in ex-
communicationis Sententiam cons-
titerit incidisse quod nulla possit
tergiversatione celari . Nam à com-
municatione illius abstinere vult
juxta Canonicas sanctiones per
hoc tamen hujusmodi excommu-
nicatos , suspensos , interdictos ,
seu prohibitos non intendit in ali-
quo relevare , nec eis quomodoli-
bet suffragari .

Item acceptat Decretum quod incipit

TITULUS



TITULUS XXI.

*De Interdictis indifferenter
non ponendis.*

CAPUT I.

QUONIAM ex indiscreta
Interdictorum promulgatio-
ne, multa consueverunt Scandala
evenire.

§. I.

Statuit hæc Sancta Synodus;
quod nulla civitas, oppidum, ca-
strum, villa, aut locus Ecclesiasti-
co supponi possit interdicto: nisi
ex causa seu culpa ipsorum loco-
rum, aut Domini, seu Rectoris,
vel Officialium, propter culpam
autem seu causam alterius cuius-
cumque privatæ personæ, hujus-

122 PRAGMATICA-SANCTIO.
modi loca interdici nequaquam possint auctoritate quacumque ordinaria, vel delegata, nisi talis persona prius fuerit Excommunicata, ac denunciata, seu in Ecclesia publicata, ac Domini, seu Rectores vel Officiales ipsorum locorum auctoritate judicis requisiti hujusmodi personam Excommunicatam intra biduum inde cum effec-
tu non ejecerint, aut satisfacien-
dum compulerint: quam etiam post
biduum ejecta recedente, vel sa-
tisfaciente mox Divina resumi
possint. Quod etiam in pendi-
bus locum habebit.

Item acceptat Decretum quod incipit.





TITULUS XXII.

*De sublatione Clementine litteris
qua est in titulo de probationibus.*

CAPUT I.

LICET in Apostolis vel aliis litteris quibuscumque aliquem Dignitati, Beneficio, aut iuri cuicunque renuntiasse, aut privatum esse, sive aliquid aliud egisse, per quod jus proprium auferatur, narratum sit: hujusmodi litteræ in his non præjudicent, etiam si super ipsis gratia, vel intentio narrantis fundetur, nisi per testes aut alia legitima constiterit documenta. Datum in Sessione publica hujus Sanctæ Synodi in Ecclesia majori Basiliensi solemniter cele-

fij

124 PRAGMATICA-SANCTIO
brata , nono Kalendas Aprilis ,
anno Domini M. ccc. xxvi.



TITULUS XXIII.

De conclusione Ecclesiae Gallicane.

CAPUT I.

DE MUM conclusit prælibata Congregatio , ut Decreta ipsa de quibus visum est , quod debeant simpliciter acceptari , ex nunc simpliciter acceptentur , & executionem sortiantur , atque ex nunc effectui realiter mancipentur . Et similiter illa Decreta circa quæ fuerunt factæ prænotatæ modificationes , de quibus superius dictum est , ex nunc cum ipsis scilicet modificationibus acceptentur , prout etiam acceptantur , sub spe sci-

licet quòd ipsæ modificationes per Sacrum Concilium admittentur, pro quo Regii Oratores instabunt vice Regia Ecclesiæ Reghi & Delphinarus.

s. I.

Et postremò visum fuit prædicatæ Congregationi instandum fore omnino apud Regem, ut ipse ex nunc Decreta eadem juxta modos prænotatos acceptet & approbet, mandando districtè ex nunc Curiæ Parlamenti, & aliis Justitiariis Regni & Delphinatus, ac aliorum Dominorum Regni, quatenus de puncto in punctum præmissa inviolabiliter & in perpetuum observent, & observari faciant, transgressores & contra-facientes taliter puniendo, quod ceteris in posterum cedat in exemplum, & super hoc confidere Pragmaticam Sanctionem.

s. II.

Ea propter Nobis humiliter supplicaverunt memorati Archiepiscopij

126 PRAGMatica-Sanctio.
copi, Episcopi, Capitula notabili-
lia, Decani, Abbates, ceterique
Prælati, & viri Ecclesiastici atque
scientifici Universitatum studiorum
Generalium Regni, Ecclesiam pre-
dictam Regni & Delphinatus,
nostrorum prædictorum repræsen-
tantes, quatenus eorum delibera-
tionibus & conclusionibus, sic se-
cundum Deum, justitiam, & sin-
ceritatem conscientiarum suarum
acceptis, tam respectu præfatorum
Decretorum & Canonum ipsius
Sacrosanctæ Generalis Synodi Ba-
silien. quam alias in his quæ pro
utilitate reipublicæ, Ecclesiæ, Reg-
ni & Delphinatus nostrorum fue-
runt inter eosdem deliberata &
conclusa, Regium nostrum con-
sensum præbere, eaque protege-
re efficaciter & exequi, ac invio-
labiliter per omnes subditos nos-
tros observari facere & mandare
dignaremur. Nos igitur attendentes,

quod sicut Sacerdotes debitores sunt ut veritatem quam audierunt à Christo, liberè prædicent: sic Princeps debtor est ut veritatem quam audivit à Sacerdotibus approbatam quidem scripturis deffendat fiducialiter, & efficaciter exequatur, præmissis & aliis justis rationabilibus causis præmoniti: habita etiam super his deliberatione diligentissima cum prædictis Principibus nostræ Regalis prosapiæ. ac aliis Magnatibus, proceribus, multisque viris prudentibus & scientificis Ecclesiasticis & Secularibus Regni & Delphinatus nostrorum nobis in Concilio nostro magno assistentibus eorundem Prælatorum & aliorum Ecclesiasticorum Ecclesiam Regni & Delphinatus nostrorum representantium, supplicationem & requestam justam & rationabilem, & Sanctorum Patrum Decretis conformem, omniq[ue]

æquitate subnixam agnoscentes prædictas ipsorum Archiepiscoporum cæterorumque Prælatorum & virorum Ecclesiasticorum nostrorum Regni & Delphinatus deliberationes & conclusiones gratas & acceptas habuimus, & habemus; eis deinceps consensum nostrum præbuimus & præbemus Regium, per præsentes volentes & ordinantes omnes & singulas deliberationes, & conclusiones prædeclaratas in nostri Regno & Delphinatu cæterisque Dominiis perpetuò teneri atque inviolabiliter observari, suumque plenum & integrum à die datæ præsentium penitus sortiri effectum absque alia publicatione seu promulgatione, & nihilominus publicari & inter Regias & Delphinales ordinationes registrari mandamus. s. III.

Quocirca dilectis & fidelibus Conciliariis nostris præsens tenen-

tibus, & qui in futurum nostra
tenebunt Parlamenta, omnibusque
justitiariis Regni & Delphinatus
nostrorum cæte isque Officiariis, &
subditis nostris & eorum cuilibet
prout ad eum, pertinuerit. Manda-
mus districtius injungentes, quate-
nus omnia præmissa & singula te-
neant, custodiant & conservent
in sua roboris plenaria firmitate,
& in causis quibuscumque occa-
sione præmissorum de cætero ori-
turis & emersuris secundum deli-
berationes & conclusiones prædes-
criptas judicent, pronuntient &
sententient, atque ab omnibus sub-
ditis, & incolis nostrorum Regni
& Delphinatus, inviolabiliter fa-
ciant in omnibus & per omnia
observari prædictas personas Ec-
clesiasticas, & Seculares ac earum
quamlibet in omnibus & si quis
superius expressatis, ab omni tur-
batione, violentia, impressione,

130 PRAGMATICA SANCTIO.
molestatione , vexatione , damno
impedimento & disturbio, tueantur,
protegant pariter , & defendant om-
nes & quascumque personas cujusvis
conditionis ac status fuerint contra-
facientes aut venientes taliter pu-
niendo , quod in posterum cæteris
cedat in exemplum quoniam sic fieri
volumus & jubemus per præsentes ,
in cuius Rei testimonium sigillum
nostrum præsentibus litteris duxi-
mus apponendum. Datum Bituris
septimâ die mensis Julii anno Domi-
ni M. cccc. xxxvii. Et Regni nostri
xvi. per Regem in suo magno Con-
silio in quo Dominus Delphinus
Viennensis, Domini Dux Borbonii,
Carolus de Andegavia , Comes Ce-
nomaniæ, Petrus filius Ducis Britan-
niæ , nec non Comites de Marchia
& Vindocinio & de Tancarvilla, Pre-
lati proceresque ac alii viri Eccle-
siastici & Seculares quæamplurimi
erant.

FINIS.

31

CONCORDATORUM REGNI FRANCIAE PROOEMIUM.

FRANCISCUS, Dei gratiâ
Francorum Rex, Mediolani
Dux, Astensis Comes, ac Genuæ
Dominus: omnibus litteras has
lecturis, Salutem. Cùm non pri-
dem superstite adhuc Ludovico,
memoriæ commandabilis, Rege
focero nostro (cujus animæ pro-
picietur Altissimus) Sacrum Laterane
Concilium sèpius editis Decretis,
eundem ficerum nostrum ad ejus-
dem Concilii conventum evoca-
set, cum eoque Regni nostri Cu-
rias summas (quas Parlamenta-
rias vocamus) Ecclesiam insuper
universam Gallicam cunctasque
Regni nostri Gentes Delphinatus-
que nostri Potentatus admonendos-

que censuisse , ut si quid auctori-
tatis priscae afferre , si qua jura
citare , si rationes consentaneas pa-
lam edifferere posse considerent ,
quominus Sanctio Pragmatica ejus-
dem Concilii auctoritate ac Sen-
tentia antiquaretur , abrogaretur ,
induceretur , irritaque etiam nulla
pronunciaretur , & Schismatica ,
id insta diem dictis Decretis præ-
fixam efficerent . Quo neglecto
talis denique Sacro approbante
Concilio decerneretur , dudum au-
tem statimque nobis diadematico
fastigio Divina benignitate auctis ,
Regnumque auspicio ineuntibus ,
cum rursus hujuscemodi Edicta alia
atque alia ab eadem auctoritate
manentia nobis innotuissent , nos-
trisque Curiis Ecclesiæ Gallicanæ ,
ac subditis populis edicto novissi-
mo ac causæ peremptorio spes
omnis esset purgandæ moræ præ-
cisa , ut si ulterius cunctari in ani-

mum induxissemus, futurum omni-
nō videremur in hæc discrimina
incidere, quæ ante dictæ Prag-
maticæ Sanctionis Decretum hoc
in Regno nostro, Patriaque Del-
phinali locum sibi vendicabant:
ideo nos animo reputantes quanta
olim ante illius Pragmaticæ Sanc-
tionis promulgationem indignitas
rerum ac deformitas *in Regno*
nostro patriaque Delphinali gra-
faretur, cum videlicet res num-
maria (quibus veluti nervis respu-
blica subnixa est) ea maximè ac
præcipue ratione exhaustur cum
Præsulibus & Antistibus Sacerdo-
tium conferendorum libertas, fa-
cultasque adimeretur: cum Pere-
grinis, & incolæ Sacerdotiis Gal-
licis sæpenumero donarentur cum
Diplomatibus Apostolicis, quas
expectativas nuncupabant, gene-
ratim sigillatimque superstitum ho-
minum, spirantiumque Sacerdotia


electiva, mixta ac collativa in diem mortis eorum conferrentur, qui eis fungebantur, id quod cum bonis moribus non convenit, tum verò alieni fati votum habet adjunctum. Postremò cùm Sacerdotiorum controversię, litesque sacræ in Curia Romana disceptarentur ingenti nostrorum hominum dispendio & incommode, ex quo sequi plerūmque necesse erat, ut qui vel sumptibus suppeditari, vel labori sufficere nequirent, hi aut juri suo cedere, aut causas deserere, ac pro derelictis habere cogerentur, simul ea accedebat deformitas, ut litterarum studiosi, ac Disciplinis liberalibus incumbentes, aut Sacerdotia adipisci nequirent, aut qui adipisci cuperent litterarum studium abjicere, aut certè deponere cogerentur, passimque per urbes errabundè vagari, ut id periculum imminere videretur,

ne litterarum tandem amor &
scientia per incuriam exolesce-
rent. Cùm itur summoperè no-
bis videndum esse existimaremus,
ne hujusmodi indignitas in Regno
nostro exoriretur, id quod futu-
rum intelligebamus, tempori utique
inserviendum esse duximus, ac re-
bus nostris periclitantibus pro re-
nata consulendum, imminentia-
que detrimenta minore, ac levio-
re dispendio redimenda Quare
cum Bononiam cum omni nostro
comitatu venissemus exhibendæ gra-
tia Reverentiæ Sanctissimo Patri
nostro Leoni X. Pontifici summo,
quam ei Franciæ Reges majores
nostros, ut proximos ac maximos
Sacrosanctæ Ecclesiæ filios exhi-
buisse novimus, obnixis precibus
ab eo contendimus, ut si Pragma-
ticæ nomen omnino esset abrogan-
dum saltem vice illius, bona sua,
Conciliique veras certas nobis le-

136 PRO O E M I U M .
ges , conditionesque meditari com-
minisci que liceret , quibus Impe-
rium nostrum supradictum inpos-
terum verteretur . Quod ad ea qui-
dem pertinet quæ Sanctione Prag-
matica cavebantur , quibus nostris
precibus exorata Pontificis Sancti-
tas (nam ei quoque cordi erat Reg-
ni nostri Ecclesia rectè atque or-
dine administrari) haut è gre nobis
invulsit , ut conventa quedam no-
bis meditari commentarique liceret
Pragmaticæ Sanctionis vicem Reg-
no ac Potentatui supradicto uti-
que præbitura , quæ ipsa ejusdem
Concilii auctoritate assensuque con-
firarentur , quam homologatio-
nem vocant , cum irritante De-
creto hujus commentationis curam ;
cum tunc sua Sanctitas & nos man-
davissemus vritis quibusdam consul-
tissimis , ita confecta , temperata-
que sunt ea Conventa ut plera-
que Pragmaticæ Sanctionis capita

firma nobis posthac rataque futura
sint, qualia sunt ea quæ de reservati-
onibus in universum, aut sigilla-
tim factis statuunt de collationi-
bus, de causis, de frustratoriis ap-
pellationibus, de antiquatione con-
stitutionis Clementinæ quam litte-
ris vocant, de liberè quietèque
possidentibus, de Concubinariis,
quædamque alia quibus nihil iis
Conventis derogatum abrogatum
ve fuit, nisi si in quibusdam ca-
pitibus nonnulla interpretenda, im-
mutandave censuimus, quod ita
referre utilitatis publicæ arbitra-
mūr. Quod verò ad electiones per-
tinet minimè quod optamus obti-
nere potuerimus causis in dictis
Conventis latissimè insertis ac ni-
hilo satius, tamen cum ab ejus-
dem Pontificis Sanctitate dilationem
semestrem impetrasssemus iis rebus
transigendis, super iisque viros
multos Doctrina eximia, litterae

rumque peritia præditos, usque
rerum callentissimos consuluisse.
mus, tandem de eorum Sententia
quando ita ferebat ratio, difficultas-
que temporis, rerumque nos cir-
cumstantium necessitas, sœpè dicta
Conventa in Regno nostro, ac
Delphinatu promulganda censi-
mus, ita ut Sanctionis vicem
instarque plenum habeant quorum
Conventorum, seu approbationis
Concilii tenor sequitur, & est ta-
lis.



TITULUS PRIMUS.

*De approbatione Conventorum per
Lateranense Concilium facta.*

Leo Episcopus, servus servo-
rum Dei, ad perpetuam Rei
memoriam. Sacco approbante Con-
cilio, Divina disponente Clemen-

tia, per quam Reges regnant, & Principes imperant, in Eminentia Apostolatus specula, & super Reges & Regna meritis licet imparibus constituti animo revolentes, quod & si ea quæ pro salubri & quieto regimine Regnum & ad pacem, & justitiam populorum perpetua eorumdem Regnum stabilitate Regibus, præsertim de fide Catholica, & de Republica Christiana, & Apostolica Sede benemeritis laudabili & provida nostra ordinatione cum venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus concessa, ac ad effectum hujusmodi gesta statuta, ordinata, decreta, factave sunt, plenam roboris firmatatem obtineant, illis nihilominus interdùm (Sacro approbante Concilio) nostrę innovationis & approbationis robur adjicimus, ut cōfirmius illibata perdurent quò se-

140 CONCORDATA;
pius erunt nostra auctoritate, ac
etiam Generalis Concilii præsidio
communita, efficacemque operam
circa eorum conservationem liben-
ter adhibemus, ut Reges & ipso-
rum Regnorum personæ concessio-
nibus, privilegiis, statutis, & or-
dinationibus hujusmodi in Domi-
no plenè gaudentes in pacis, &
tranquillitatis ac amœnitatis dul-
cedine conquiescant, & in eorum
solita erga eandem Sedem devotio-
ne ferventiùs perseverent, nuper
sicquidem ut Ecclesia sponsa nos-
tra in sancta unione conservare-
tur, & per Christi fideles sacris
Canonibus à Romanis Pontifici-
bus, & sacris Generalibus Con-
cilibus dumtaxat editis iterentur,
quasdam constitutiones quas de cæ-
tero loco Pragmaticæ Sanctionis
& contentorum in ea in Regno
Franciæ pro bono pacis & con-
cordia, ac illius communi, & pu-

blica utilitate cum charissimo in Christo Filio nostro Francisco Francorum Rege Christianissimo, dum Bononiæ cum nostra Curia essemus, tractatas, & cum eisdem fratribus nostris diligenter examinatas, & de eorum Concilio cum præfato Rege concordatas, & per ipsius Regis legitimum Procuratorem acceptas, de eorumdem Fratrum Concilio, & unanimi consensu statuimus & ordinavimus prout in nostris litteris desuper confessis pleniùs continetur, quarum tenor sequitur, & est talis.



TITULUS II.

De Constitutionibus.

LEo Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam Rei memoriam. Primitiva illa Ecclesia in

angulari petra à Salvatore nostro
Iesu Christo fundata, Apostolorum
præconiis elata, Martyrumque san-
guine consecrata & aucta, ubi p i-
mum juvante Domino per orbem
terrarum lacertos movere cepit:
providè attendens quantum oneris
humeris impositum haberet, quot
oves pascere, quot custodire, ad
quot etiam remotissima loca ocu-
los intendere cogeretur, Divino
quodam Concilio Parochias insti-
tuit, Diceceses distinxit, Episcopos
creavit, & Metropolitanos præfe-
cit, ut tanquam membra capiti
obsequentia cuncta secundùm ejus
voluntatem salubriter in Domino
gubernaret; & tanquam rivuli à
perenni fonte Romana, videlicet
Ecclesia derivantes, ne angulum
quidem Dominici agri irrigatum
dimitteret: unde sicut alii Romani
Pontifices prædecessores nostri suo
tempore omni studio curarunt, ut

dicta Ecclesia uniretur, & in sancta unione hujusmodi sine ruga & macula conservaretur, & omnes vepres ab eadem Ecclesia abolerentur, cuius proprium est (divina opitulante gratia) virtutes colere, & vitia radicitus extirpare, ita & nos tempore nostro, & praesenti durante Concilio ea facere & curare debemus, quae unioni & conservationi ejusdem Ecclesiæ conducere videntur ea, propter omnes vepres quae unioni hujusmodi obsistunt, & segetem Domini pullulare non sinunt, tollere prorsus & extirpare, ac virtutes in vinea Domini inserere, satagimus. Sanè inter arcana mentis nostræ revolventes quod tractus inter piæ memoriae Pium secundum, Sixtum. IV. Innocentum VIII. Alexandrum VI. & Julium II. Romanos Pontifices praedecessores nostros, & claræ memoriae

Reges Franciæ Christianissimos super abrogatione certæ constitutionis in dicto Regno Franciæ vigentis, quæ Pragmatica vocatur, habiti fuerunt: Et licet Sixtus IV. præfatus nuncius ad claræ memoriæ Ludovicum XI. Franciæ Regem Christianissimum destinatis tantis eidem persuaserit rationibus, ut Rex ipse Pragmaticam Sanctiōnem hujusmodi tanquam in seditione & Schismatis tempore natam suis Patentibus Litteris abrogaverit; tamen hujusmodi abrogatione nec etiam litteræ Apostolicæ præfati Sixti super Concordata, cum Oratoribus præfati Regis Ludovi ci ad præfatum Sextum prædecessorem destinatis habita, expeditæ per Prælatos & personas Ecclesiasticas dicti Regni receptæ non fuerunt, nec ipsi Prælati & personæ Ecclesiastice illis parere, nec monitis Innocentii & Julii prædictorum

prædictorum aures præbere, sed eidem Pragmaticæ Sanctioni inhættere voluerunt: unde præfatus Julius prædecessor in præsenti Concilio Lateranensi universalem Ecclesiam representante per eum legitime indicto abrogationis Pragmaticæ Sanctionis hujusmodi negotium, & illius discussionem venerabilium Fratrum suorum Cardinalium (de quorum numero tunc eramus) & aliorum Prelatorum Congregationibus, relationemque discussorum sibi & eidem Concilio faciendam commissit: Gallicosque Prelatos, Capitula Ecclesiærum & Monasteriorum Conventus, ac Parlamenta, & Laicos eis faventes cujuscumque dignitatis, etiam si Regalis existerent, Sanctione prædicta utentes, seu illam approbantes, omnesque & singulos alios sua communiter vel divisim interesse patentes per Edictum publicum

(quum ad partes illas tutus non pateret accessus) in certis Ecclesiis tunc expressis affigendum moneri & citari inter certum competentem terminum prefigendum, ad comparendum coram eo in Concilio prefato ; causasque dicendum quare Sanctio prefata in concordentibus auctoritatem , dignitatem, & unitatem Ecclesie Romane & Apostolice Sedis , factorumque Canonum & Ecclesiastice libertatis violationem nulla & invalida declarari , decerni & abrogari non deberet. Et quum super his in forma juris in prefato Concil. Lateran. procederetur , dictusque Iulius predecessor sicut Domino placuit, rebus suis etiam humanis exceptus , nosque Divinâ favente Clementiâ ad summi Apostolatus apicem assumpti fuissimus , & contra Prelatos , Capitula , Conventus , & personas hujusmodi ad nonnulli

los actus processissemus; tandem considerantes pacem esse vinculum charitatis, & spiritualem virtutem quam salvamur dicente Domino: Qui biberit aquam quam ego dabo ei bibere, non sitiet in eternum. Et quod in pace consistat laus universorum Cassiodoro testante, omni quippe desiderabilis debet esse tranquillitas, in qua & populi proficiunt, & utilitas gentium custoditur. Maturâ deliberatione cognovimus, non per Nuncios aut Legatos nostros, sed in præstatione obedientię filialis quam charissimus in Christo Filius noster Franciscus, Francorum Rex Christianissimus, personaliter nobis præstítit, hec cum Majestate sua coram discutere, eumque paternis hortati monitis, ut ad laudem Dei & sui honorem prompto animo libens ac volens dictę Pragmaticę, Sanc-
tioni abrenuntiaret, & secundum

leges Sancte Romane Ecclesiæ quemadmodum cæteri Christiani vivere, ac mandatis Apostolicis quæ à Sede Apostolica pro tempor eemabant parere, ac obedire vellet.

TITULUS III.

De Electionis erogatione.

ET cum in Electionibus quæ in Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis, ac Monasteriis dicti Regni à multis annis citra fiebant grandia animarum pericula provenirent, cum pleræque per abusum secularis potestatis, non nullæ præcedentibus illicitis & simo iliacis pactionibus, aliæ particulari amore & sanguinis affectione, & non sine perjurii reatu fierent, eum Electores ipsi etiam si ante electionem per eos facien-

dam idoni orem , & non eum
quem promissione , aut datione
alicujus rei temporalis , seu prece ,
vel precibus per se vel alium in-
terpositis electionem procurare
didicissent , eligere sponte jurarent ,
juramentum hujusmodi non serva-
rent , sed contra proprium hujus-
modi juramentum in animæ suæ
præjudicium venirent ; ut Nobis
notoriè constat ex crebris absolu-
tionibus , & rehabilitationibus à No-
bis & Prædecessoribus nostris pe-
titis & obtentis ; idem Franciscus
Rex nostris paternis monitis tam-
quam verus obedientiæ filius pa-
rere volens tam pro bono obedien-
tiæ) in qua magnum meritum ve-
rè consistit) quam pro communi
& publica Regni sui utilitate in
locum dictæ Pragma. Sanct. ac
singulorum Capitulorum in ea con-
tentorum , leges & constitutiones
infra scriptas , invicem tractatas ,

150 CONCORDATA
& cum Fratribus nostris Sanctæ
Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus
diligenter examinatas, & de eo-
rum Concilio cum præfacto Rege
concordatas per dilectum filium
Rogerium Barne Regium Advoca-
tum, Oratorem suum ad hoc ab
eodem Francisco Rege ad nos des-
tinatum, habentem ad hoc specia-
le & sufficiens mandatum accepta-
verit.



TITULUS IV.

De Regia ad Prælaturas Nominatione facienda.

DE eorumdem Fratrum con-
silio & unanimi consensu ex
certa nostra scientia & potestatis
plenitudine statuimus & ordina-
mus quod de cætero perpetuis fu-
turis temporibus loco dictæ Pragm.

Sanct ac omnium & singulorum
Capitulorum in ea contentorum,
videlicet ut de cætero Cathedral.
& Metropolitanis Ecclesiis in dic-
to Regno Delphinatūs, & Co-
mitatu Diensi. ac Valent. nunc &
pro tempore etiam per Cessionem
in manibus nostris & successorum
nostrorum Roman. Ponticum ca-
nonicè intrantium sponte factam
vacantibus illarum capitula & Ca-
nonici ad electionem, seu postu-
lationem inibi futuri Prælati pro-
videre non possint: Sed illarum
occurrente hujusmodi vacatione
Rex Franciæ pro tempore existens
unum gravem Magistrum seu Li-
centiatum in Theologia, aut in
Utroque, seu alio in altero jurium
Doctorem aut Licentiatum in Uni-
versitate famosa & cum rigore
examinis, & in 27. suæ ætatis an-
no ad minus constitutum & alijs
idoneum, intra sex menses à die
g iiii

152 CONCORDATA
vacationis Ecclesiarum earumdem
computandas Nobis & Successo-
ribus nostris , Romanis Pontifici-
bus seu Sedi prædictæ nominare , &
de persona per Regem hujusmodi no-
minata per Nos , & Successores
nostros seu Sedem prædictam pro-
videri : Et si contigerit præfatum
Regem personam taliter non
qualificatum ad dictas Ecclesias sic
vacantes nominare nos & succes-
sores , seu sedes hujusmodi de per-
sona sic nominata eisdem Eccle-
siis minimè providere debeat . Sed
teneatur idem Rex infra tres alios
menses à die recusationis personæ
nominatæ non qualificatæ solicita-
tori nominationem non qualifica-
tam prosequenti consistorialiter fac-
tæ intimandæ computando aliud
supradicto modo qualificatum no-
minare : alioquin (ut dispendiosè
Ecclesiarum hujusmodi vacationi
celeriter consulatur) Ecclesiæ tunc

sic vacanti per Nos & Successores nostros seu Sedem hujusmodi de persona, ut præfertur qualificata, nec non Ecclesiis per obitum apud Sedem prædictam vacantibus, semper etiam nulla dicti Regis præcedente nominatione liberè provideri possit decernentes electiones contra præmissa attentatas ac provisiones per Nos & Successores nostros, seu Sedem hujusmodi factas, nullas & invalidas existere: Consanguineis tamen præfati Regis, personis sublimibus ex causa rationali & legitima in nominatione & Apostolicis Litteris exprimenda nec non Religiosis mendicantibus reformatis eminentis scientiæ, & excellentis Doctrinæ qui juxta sui Ordinis regularia instituta ad Gradus hujusmodi assumi non possunt, sub prohibitione præmissa minimè comprehensis, sed de eorum personis dictis Ecclesiis

pro tempore vacantibus ad dicti
Regis nominationem per Nos &
Successores nostros, seu Sedem hu-
jusmodi liberè provideri possit.

§. I.

Monasteriis verò, & Priorati-
bus, Conventualibus verè electi-
vis, videlicet in quorum electioni-
bus forma cap. quia propter ser-
vari, confirmationes electionum
hujusmodi solemniter pēti consue-
verunt in Regno, Delphinatu &
Comitatu hujusmodi nunc & pro
tempore etiam per similem cessio-
nem Conventus ad electionem seu
postulationem Abbatis seu Prioris
procedere non possint, sed idem
Rex illorum occurrente hujusmodi
vacatione Religiosum ejusdem or-
dinis in etate 23. annorum admi-
nus constitutum, infra simile tem-
pus sex mensium, à die vacatio-
nis Monasteriorum & Prioratum
hujusmodi computandorum Nobis

& Successoribus nostris, aut Sedi
hujusmodi nominare, & de per-
sona per Regem hujusmodi Mo-
nasterio vacanti nominata, per
Nos & Successores nostros, seu Se-
dem hujusmodi provideri. Priora-
tus verò personæ ad illum per eun-
dem Regem nominatæ conferri
debeat: Si verò idem Rex Pres-
biterum secularem, aut Religio-
sum alterius Ordinis aut minorem
23.-annorum, vel aliàs inhabilem
nobis aut successoribus nostris in-
fra dictum semestre, seu sedi hu-
jusmodi nominaret, talis nomina-
tus recusari & nullatenus sibi pro-
videri debeat; sed Rex ipse infra
semestre à die recusationis supra-
dicto modo intimandæ computan-
dum alium, modo supradicto qua-
lificatum Monasterio, seu Priora-
tui tunc vacanti nominare, & de
persona ad Monasterium nominata
illi providere. Ad Prioratum verò

156 CONCORDATA
nominato Prioratus ipse per nos
& successores nostros, seu prædic-
dam sedem conferri debeat, alio-
quin dictis novem mensibus efflu-
xis, nulla seu de persona minus
idonea & modo præmisso inqua-
lificata facta nominatione, ac etiam
vacantibus apud sedem prædictam
semper etiam nulla dicti Regis ex-
pectata nominatione per nos &
successores nostros, seu sedem præ-
dictam Monasteriis provideri: Prio-
ratus verò personis ut præfetur,
qualificatis dumtaxat conferri libe-
rè possint. Electiones autem & il-
læ confirmationes, nec non pro-
visiones per nos & successores nos-
tros, ac sedem prædictam contra
præmissa pro tempore factas, nullas,
arritas, & inanes esse decernimus.

§. ultimus.

Per præmissa tamen non inten-
dimus in aliquo præjudiciare Capi-
tulis Ecclesiarum, & Conventus

Monasteriorum, & Prioratum hu-
jusmodi privilegia Sede Apostoli-
câ proprium eligendi Prælatum
obtinentibus quominus ad electio-
nem Episcoporum, ac Abbatum,
& Priorum juxta privilegia eis con-
cessa liberè procedere possint,
juxta formam in eorum privile-
giis contentam, etsi in eorum pri-
vilegiis forma aliqua expressa non
fuerit, tunc formam Concilii Ge-
neralis cap. quia propter tantum
servare teneantur, dummodo de
privilegiis sibi concessis hujsmo-
di per litteras Apostolicas seu alias
authenticas scripturas docuerint:
omni alia specie probationis eis in
hoc adempta.





TITULUS V.

*De Reservationibus, tam generalibus
quam specialibus sublatis.*

VOLOMUS quoque & ordinamus, quod in Regno Delphinaru, & Comitatu prædictis de cætero non dentur aliquæ gratiæ spectativæ, ac speciales, vel generales Reservationes ad vacatura Beneficia per Nos & Sedem prædictam non fiant; & si de facto per importunitatem, aut alias à Nobis & Successoribus nostris, & Sede prædicta emanaverint, illas irritas & inane esse decernimus.

§.

In Cathedralibus tamen, Metropolitanis & Collegiatis Ecclesiis, in quarum statutis caveretur expressè, quod nullus ibidem dig-

nitatem, Personatum, administrationem vel Officium obtinere possit, nisi in illis actu Canonicus existat: Canonicos ad effectum dumtaxat inibi, obtinendi dignitatem, personatum, administracionem, vel Officium hujusmodi, & non consequendi primam Præbendam vacaturam create posse intendimus.



TITULUS VI

De Collationibus.

STATUIMUS insuper quod ordinarius Collator in unaquaque Cathedrali, ac etiam Metropolitana Ecclesia Canonicatum & Præbendam Theologalem inibi consistentem conferre teneatur unius magistro Licentiato, aut Baccalaureo formato, qui per decennium

in Universitate studii generalis
privilegiata studuerit, ac onus re-
sidentiae, lecturæ, & prædicationis
actu subire voluerit, quiue bis au-
semel ad minus singulas Hebdo-
madas impedimento cessante legi-
timo legere debeat; & quoties
ipsum in hujusmodi lectura defi-
cere contigerit, ad arbitrium Ca-
pituli per subtractionem distribu-
tionum totius hebdomadæ puniri
possit; et si residentiam deseruerit,
de illis alteri provideri debeat, &
ut liberius studio vacare possit,
etiam si absens fuerit à divinis,
habeatur pro præsente, ita ut ni-
hil perdat.

§. I.

Præfatique ordinarii Collatores
seu Patroni Ecclesiastici quicun-
que fuerint ultra dictam Præben-
dam Theologalem, quam ut præ-
fertur qualificato conferre tenean-
tur, tertiam partem omnium dig-

nitatum , Personatum , Adminis-
trationum , & Officiorum , cæte-
rorumque Beneficiorum Ecclesias-
ticorum ad eorum collationem ,
provisionem , nominationem , præ-
sentationem , seu quamvis aliam
dispositionem quomodo libet spec-
tantium , Viris litteratis Graduatis ,
& per Universitatem nominatis
conferant hoc modo : videlicet in
primo mense post præsentium ac-
ceptionem & earum publicatio-
nem , præfati ordinarii Collatores
Dignitates , Personatus , Adminis-
trationes , & Officia ad eorum col-
lationem , provisionem , nomina-
tionem , præsentationem , seu quam-
vis aliam dispositionem , ut præ-
ferrur , spectantia , Graduatis hu-
jusmodi , qui litteras suorum Gra-
duum cum tempore studii debitè
insinuaverint , conferre teneantur .
Beneficia verò quæ in duobus se-
quentibus mensibus vacare conti-

162. CONCORDATA
gerit, illa juxta juris communis
dispositionem, personis idoneis li-
berè conferre, seu personas ido-
neas ad illa præsentare teneantur.
Beneficia verò quæ in quarto men-
se vacare contigerit, vitis Gra-
duatis per Universitatem nomina-
tis (qui Gradūs & Nominationis
litteras cum studii tempore debitè
insinuaverint) conferre seu præ-
sentare teneantur. Beneficia verò
quæ in quinto, sexto mensibus va-
care contigerit, simili modo per-
sonis idoneis liberè conferre, seu
personas ad illa præsentare possint.
Beneficia autem quæ septimo men-
se vacare contigerit, Graduatibus
qui simili modo litteras Gradūs
cum tempore studii debitè insi-
nuaverint, conferre teneantur. Be-
neficia verò quæ octavo & nono
mensibus vacare contigerit, pari
modo personis idoneis conferre,
seu personas idoneas ad illa præ-

sentare teneantur. Beneficia autem quæ in mense decimo vacare contigerit, Graduatis nominatis, qui Gradus & Nominationis Litteras cum tempore studii debitè inservient per eosdem Ordinarios conferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant. Beneficia autem quæ undecimo & duodecimo mensibus vacare contigerit per eosdem Ordinarios personis idoneis juxta juris communis dispositionem conferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant.

§. II.

Si quis verò cujuscumque statūs etiamsi Cardinalatūs, Patriarchalis, Archiepiscopalis, aut Pontificalis, vel alterius cujuslibet dignitatis contra prædictum ordinem, & qualificationes superiùs ordinatas, de dignitatibus, personatis, administrationibus vel officiis, seu quibuslibet aliis Beneficiis Ec-

clesiasticis hujusmodi aliter quam
modo praedicto disposuerit, disposi-
tiones ipsæ sint ipso jure nullæ,
collationesque, & provisiones, ac
dispositiones illorum ad immedia-
tum Sue priorem devolvantur, qui
eisdem personis modo præmisso
qualificatis providere teneantur;
& si contravenerint, ad alium Su-
periorem devolvatur provisio &
præsentatio hujusmodi gradatim,
donec ad Sedem Apostolicam fiat
devolutio.

§. III.

Præterea volumus quod Colla-
tores ordinarii & Patroni Ecclesi-
astici præfati, dignitates, persona-
tus, administrationes, & Officia,
ac Beneficia in mensibus Gradua-
tis & nominatis, assignatis vacan-
tia, illis Graduatis simplicibus aut
nominatis illa conferre, aut ad il-
la eos dumtaxat præsentare tene-
antur, qui per tempus competens,

REGNI FRANCIAE. 165
in Universitate famosa studuerint.
Tempus autem competens decen-
nium in Magistris , seu Licentiatis
aut Baccalaureis in Theologia ,
septennium verò in Doctoribus
seu Licentiatis in Jure Canonico ,
Civili , aut Medicina ; quinquen-
nium autem in Magistris seu Licen-
tiatis in Artibus cum rigore ex-
minis à Logicalibus inclusivè aut
in altiori facultate : Sexennium au-
tem in Baccalaureis simplicibus in
Theologia , quinquennium verò in
Baccalaureis Juris Canonici aut
Civilis , in quibus Baccalaureis Ju-
ris Canonici aut Civilis , si ex utro-
que parente Nobiles fuerint , trien-
nium esse decernimus .

§. IV.

Præfatique Graduati & nomi-
nati Collatoribus ordinariis , sive
Patronis Ecclesiasticis semel ante va-
cationem Beneficii de litteris Gra-
dus , seu Nominationis , & de

166 CONCORDATA
præfato tempore studii per Litteras
Patentes Universitatis in qua stu-
duerint, manu scribæ & sigillo Uni-
versitatis signatas fidem facere te-
nentur.

§. V.

Cum verò probatio Nobilitatis
fieri debeat ad effectum, ut Nobi-
lis gaudere possit Beneficio mino-
ris temporis studii, tunc nobilitas
ipsa per quatuor testes deponentes
in judicio coram judice ordinatio-
loci in quo est natus, ille de cu-
jus nobilitate ex utroque parente
constare debet etiam in partis ab-
sentia probari possit.

§. VI.

Teneanturque præfati Gradua-
ti tam simplices quam nominati
Patronis Ecclesiasticis, aut Collatori-
bus ordinariis (quibus Gradus,
aut nominationis litteras hujusmo-
di insinuate debent) litteras suo-
rum Gradus, & nominationis, cer-

tificationis temporis studii, attestationis nobilitatis duplicates dare, ac singulis annis tempore Quadragesimæ per se, aut procuratorem suum Collatoribus, Nominatoribus seu Patronis Ecclesiasticis, aut eorum Vicariis, eorum nomina & cognomina insinuare: Et eo anno quo præfatam insinuationem facere omiserint, Beneficium in vim Gradus, aut Nominationis hujusmodi petere non possint: Et si Collatoribus ordinariis, aut Patronibus Ecclesiasticis in mensibus deputatis Graduatis simplicibus, aut Graduatis nominatis non esset Graduatus, aut nominatus, qui diligentias præfatas fecerit, collatio seu præsentatio per Collatorem seu Patronum Ecclesiasticum etiam eisdem mensibus facta alteri quam Graduato vel nominato, non propter hoc irrita censeatur. Si tamen Graduatus simplex aut nominatus

Beneficium post insinuationem
 Gradus aut nominationis in men-
 sibus eis assignatis , vacans petierit,
 & inter suam insinuationem & per-
 fectam requisitionem non superve-
 nerit Quadragesima in qua nomen
 & cognomen insinuare debuerit,
 ad Beneficium sic vacans cum ca-
 pacem ipsumque illud consequi
 posse & debere decernimus.

§. VII.

Statuimus quoque & ordinamus
 quod Collatores ordinarii & Patro-
 ni Ecclesiastici præfati inter Gra-
 duatos qui litteras Gradus cum
 tempore studii & attestatione no-
 bilitatis debitè insinuaverint , quo
 ad Beneficia in mensibus eis de-
 putatis vacantia gratificare possint
 illum ex eis quem voluerint , quo
 verò ad Beneficia in mensibus Gra-
 duatis nominatis deputatis , anti-
 quiori nominato conferre , seu an-
 tiqüorem nominatum qui Litteras
Nominationis,

Nominationis, temporis studii & attestationis Nobilitatis debitè insinuaverit, præsentare seu nominare teneantur: Concurrentibus autem nominatis ejusdem anni Doctores Licentiatis, Licentiatos Baccalaureis, demptis Baccalaureis formatis in Theologia quos favore studii Theologici Licentiatis in Jure Canonico, Civili, aut Medicina præferendos esse decernimus: Baccalaureos Juris Canonicī, aut Civilis, Magistris in Artibus volumus præferri: Concurrentibus autem pluribus Doctoribus in diversis facultatibus Doctorem Theologum Doctori in Jure: Doctorem in Jure Canonico Doctorem in Jure Civili: Doctorem in Jure Civili, Doctorem in Medicina præferendos esse decernimus; & idem in Licentiatis & Baccalaureis servari debere volumus: Et si in eis facultate & Gra-

du concurrant ad datam Nomina-
tionis, seu Gradus recurrentum
esse volumus. Et si in omnibus
iis concurrant, tunc volumus quod
Collator ordinarius inter eosdem
concurrentes gratificari possit.

s. VIII.

Volumus autem quod nominati
Litteras Nominationis ab Univer-
sitatibus, in quibus studuerint ob-
tinentes in Nominationum Litteris
Beneficia per eos possessa & co-
rum verum valorem exprimere te-
neantur, alioqui Litterae Nomina-
tionis hujusmodi eo ipso nullæ
fint & esse censeantur. Si quis
verò ex dictis qualificatis, Gradua-
tis simplicibus, aut nominatis tem-
pore vacationis Beneficii in men-
sibus eis deputatis vacantis duas
in Cathedralibus, aut Metropo-
litanis, aut Collegiatis, seu Digni-
tatem, vel Præbendam, vel aliud,
seu alia, Beneficium, seu Bene-

REGNI FRANCIAE. 171
ficia, quorum insimul, vel cuius
fructus redditus, & proventus tem-
pore residentiae, & horis divinis
interessendo, ad summam ducen-
torum Florenorum auri de camera
ascenderent, Beneficium in vim
Gradus, seu Nominationis hujus-
modi tunc petere seu consequi
non possit. Et insuper quod tam
Graduati simplices quam nomina-
ti Beneficia in mensibus eis assig-
natis vacantia petere & consequi
possint secundum propriæ personæ
condecoriam & conformitatem,
videlicet seculares secularia, &
Religiosi reguliara Beneficia Ec-
clesiastica, ita quod secularis no-
minatus Beneficia regularia in men-
sibus deputatis vacantia prætextu
cujusvis dispensationis Apostolicæ:
Et è contra Religiosus secularia
Beneficia petere aut consequi mi-
nimè possint. Quodque Beneficia
simpliciter vel ex causa permuta-

172 CONCORDATA

tionis in mensibus Graduatis simplicibus, & nominatis assignatis vacantia eis non sint affecta, nec debita, sed ex causa permutationis cum permutandis dumtaxat: Simpliciter verò vacantia Beneficia hujusmodi personis idoneis per ipsos Ordinarios liberè conferri possint.

§. IX.

Statuimus quoque quod Parochiales Ecclesiæ in Civitatibus, aut villis muratis existentes, non nisi personis modo præmisso qualificatis; aut saltem qui per tres annos in Theologia, vel altero Jurium studuerint, seu Magistris in Artibus qui in aliqua Universitate privilegiata studentes Magisterii Gradum adepti fuerint continentur.

§. X.

Monemus autem præfati Regni Universitates sub poena privatio-

nis omnium & singulorum privilegio-
rum à Nobis & à Sede Apostolica
obtentorum , ne Collatoribus , seu
Patronis Ecclesiasticis habeat ali-
quos nominare , nisi eos qui secun-
dum præfata tempora studuerint ,
& secundum dictarum Universita-
tum Statuta , ad Gradus & non per
saltum promoti fuerint : Quod si
secùs fecerint ultra nullitatis pœ-
nam quam in præfatarum Nomi-
nationum Litteris declaramus Uni-
versitates ipsas nominandi privile-
gio ad tempus secundum culpæ
qualitatem suspendemus.

s. Ultimus.

Si quis autem Graduariorum ,
aut nominatorum , in mensibus
deputatis Collatoribus ordinariis ,
aut personis Ecclesiasticis Benefi-
cium vacans , in vim Gradus , aut
nominationis petierit , & Colla-
torem ordinarium in vim præfati
Gradus aut Nominationis in pro-

174 CONCORDATA
cessu posuerit, & taliter molesta-
verit: Illum ultra expensarum,
damnorum, & interesse condem-
nationem fructibus, sui Gradus
& nominationis privandum esse
decernimus: Eodemque vinculo Col-
latores ordinarios, & Patronos
Ecclesiasticos quibus Graduati, &
nominati debitè (ut suprà) qua-
lificati suorum Graduum & no-
minationis Litteras insinuaverint,
astringimus: ut Beneficia ad eorum
Collationem, vel præsentationem
spectantia, in mensibus Graduato-
rum simplicium & nominatorum
vacantia, extantibus præfatis Gra-
duatis aut nominatis debitè quali-
ficatis illa prosequentibus, aliis
quām Graduatis aut nominatis non
conferant, sub poena suspensionis
potestatis conferendi Beneficia in
octo mensibus illo anno ad Col-
lationem eorum ac præsentatio-
nem liberam spectantibus.



TITULUS VII.

De Mandatis Apostolicis.

STATUTUM & ordinamus, quod quilibet Romanus Pontifex semel dumtaxat tempore sui Pontificatus litteras in forma Mandati juxta formam inferius notatam dare possit hoc modo, videlicet unum Collatorem habentem Collationem decem Beneficiorum in uno, habentem autem Collationem quinquaginta Beneficiorum & ultra in duobus Beneficiis dumtaxat gravare possit; ita tamen quod in eadē m Ecclesia Cathedrali vel Collegiata unum Collatorem pro tempore in duabus Præbendis non gravet.

s. I.
Et ut obvietur litibus quæ oculi
h. iij.

176 CONCORDATA
casione Litterarum Mandatarum hu-
jusmodi oriri possent, Mandata hu-
jusmodi sub forma quæ est infe-
rius annotata, dari volumus, quam
ad perpetuam rei memoriam in
Cancellaria Apostolica publicari,
& in illius **Quinterno** registrari
mandamus.

s. II.

Declarantes, prosequentes hu-
jusmodi **Mandata**, quoad Bene-
ficia sub illis comprehensa ordi-
nariis Collatoribus & Graduatis,
simplicibus & nominatis præferen-
dos esse, nosque & Successores nos-
tros jure præventionis Dignitates,
Personatus, Administrationes, &
Officia, cæteraque Beneficia Ec-
clesiastica secularia, & quorum-
vis Ordinum Regularia, quæcum-
que & quomodocumque qualifica-
ta, tam in mensibus Graduatis
simplicibus, & nominatis, quam
ordinariis Collatoribus præfatis

REGNI FRANCIAE. 177
assignatis vacantia, ac etiam sub
dictis Mandatis comprehensa liberè
conferre.

s. III.

Statuimus insuper quòd in pre-
visionibus, quas personis quibus-
vis de Beneficiis vacantibus, sub
certo modo vacaturis, per Nos &
Successores nostros, ac Sedem
prædictam, etiam motu proprio,
etiam promotis ad Ecclesias Ca-
thedrales, & Metropolitanas, ac
Monasteria, ut obtenta per eos
Beneficia retinere possint, fieri con-
tigerit illorum verus annuis per
Florenos, aut Ducatos auri de Ca-
mera, aut Libras Turonenses,
seu alterius monetæ valor, secun-
dum communem æstimationem
exprimi debeat. Alioquin gratiæ
ipsi sint ipso jure nullæ.



TITULUS VIII.

Forma Mandati Apostolici.

Le o Episcopus, servus ser-
rum Dei: Venerabili Fratri
Episcopo N. & dilectis Filis Ca-
pitulo, singulisque Canonicis Ec-
clesiae N. Salutem, & Apostoli-
cam Benedictionem. Vitæ ac mo-
rum honestas, aliaque laudabilia
probitatis & virtutum merita su-
per quibus dilectus Filius N.
apud Nos fide digno commenda-
tur testimonio. Nos inducunt, ut
sibi reddamus ad gratiam liberalcs.
Hiac est quòd Nos cupientes ut
eidem N. juxta alijs quæ olim
perfælicis recordationis Grego-
rium Papam IX. prædecessorem
nostrum, ad tunc Episcopum No-
vionen, directa extitit, quæ inci-

pit, Maodatum, & aliarum duarum illam immediatè sequentium Decretalium formas de **Canonico** & **Præbenda**, aut **Dignitate**, **Personato**, **Administratione**, vel **Officio vestræ** vel alterius Ecclesiæ, aut alio Beneficio, cum cura, vel sine cura, etiam si Parrochialis Ecclesia vel ejus perpetua Vicaria, aut **Capella**, sive perpetua Capellania fuerit, ad vestram collationem, nominationem, seu presentationem, & aliam quamcumque dispositionem communiter, vel divisim pertinente, provideri possit; ac volentes præfato N præmissorum meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, ipsumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latet, si quibus quomo-

dolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censentes, nec non omnia & singula Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, quæ præfatus N. etiam ex quibusvis Apostolicis dispensationibus obtinet & expectat: ac in quibus & ad quæ jus sibi quomodo libet competit, quæcumque quotcumque & qualiacumque sint, eorumque fructuum, redditum & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes motu proprio, non ad ipsum N. vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quantum si vobis communiter vel diversim pro alio non scripserimus,

qui simile Mandatum , aut similem gratiam prosequatur , Canonicum , & Præbendam , aut Dignitatem , Personatum , Administracionem , vel Officium vestræ vel alterius Ecclesiæ , aut aliud Beneficium Ecclesiasticum , cum cura , vel sine cura (etiamsi Parochialis Ecclesia , vel ejus perpetua Vicaria , aut Capella , vel perpetua Capellania fuerit) ad vestram collationem , provisionem , præsentationem , nominationem seu quamvis aliam dispositionem pertinencia , etiamsi dignitatui , personatui , administrationi , vel Officio hujusmodi cura immineat animarum ; dummodo talis dignitas electiva non existat cum creatione in Canonicum vestræ vel alterius Ecclesiæ , etiamsi in ea statuto & privilegio expressè caveatur , quod nulli de dignitate , personatu , administratione , vel Officio provi-

182 CONCORDATA
deri possit , nisi cum effectu illius
Ecclesiæ Canonicus existat , Ca-
nonicatum hujusmodi Ecclesiæ
cum plenitudine juris Canonici &
non obstante de certo Canonico-
rum numero ad effectum hujusmo-
di dignitatem , personatum , ad-
ministrationem , vel Officium dum-
taxat obtinendi , & non alias ,
authoritate Apostolica , tenore pre-
sentium conferimus , & de illo
etiam providemus , si quem , quam
vel quod post mensem , postquam
præsentes Litteræ vobis præsentatae
fuerint extra Romanam Curiam
vacare contigerit cum plenitudine
juris Canonici , ac omnibus juri-
bus & pertinentiis suis , eidem N.
conferatis : Et in illa , aut illa pro-
videatis , seu ipsum ad illum , il-
lam , vel illud præsentetis vel no-
minetis , ipsumque in Canonicum
& in Fratrem vestræ vel alterius
Ecclesiæ ad effectum tantum ob-

tinendi Dignitatem, Personatum, Administrationem, vel Officium hujusmodi recipiatis, stallum sibi in Choro, & locum in Capitulo cum plenitudinis juris Canonici assignetis: inducentes eamdem N. vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Canonicatus, & Præbendæ, aut Dignitatis, Personatus, Administrationis, vel Officii, seu Beneficii hujusmodi juriumque & pertinenciarum universorum prædictorum: defendantesque introductum, ac facientes N. vel pro eo procuratorem prædictum, ad Præbendam, aut Dignitatem, Personatum, Administrationem, vel Officium, seu Beneficium hujusmodi quodcumque fuerit (ut moris est) admitti: Sibique de illius vel illorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integrè responderi, non obli-

184 CONCORDATA
tantibus forsan, ut supra de certo
Canonicorum numero, & aliis
Constitutionibus & ordinationibus
Apostolicis, ac dictæ vestræ, vel
alterius Ecclesiæ juramento, con-
firmatione Apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus contrariis quibus-
cumque, aut si vobis communi-
ter, vel divisim ab Apostolica sit
Sede Indultum quod ad receptio-
nem, vel provisionem alicujus mi-
nimè teneamini, quodque de Ca-
nonicatibus, & Præbendis, seu dig-
nitatibus, personatibus, adminis-
trationibus, vel Officiis vestræ
vel alterius Ecclesiæ, aut aliis Be-
neficiis Ecclesiasticis quibuscum-
que ad vestram collationem, pro-
visionem, præsentationem, nomi-
nationem, seu quamvis aliam dis-
positionem communiter vel divi-
sim pertinentibus, nulli valeat pro-
videri per Litteras Apostolicas non

facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodo libet, vel differri, & de qua, cuiusque toto tenore habenda sit in nostris Litteris mensio specialis, seu dictus N. præsens non fuerit ad præstandum de observandis statutis, & consuetudinibus vestre vel alterius Ecclesiæ solitum juramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum, & cum ad Ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestat. Datum, &c.

TITULUS IX.

*Forma Litterarum Executorialium
Mandati Apostolici.*

LE o , &c. dilectis Filiis N.
& N. ac N. Officialibus, Salu-
tem & Apostolicam Benedictionem.
Hodie cupientes ut dlecto Filio N.
Clerico N Dioecesis, juxta illius que
olim per felicis recordationis Gre-
gorium Papam IX. predecessorem
noscum ad tunc Episcopum No-
vionen. directa extitit, que in-
cipit , Mandatum , & aliarum du-
rum illam immediatè sequentium
Decretalium formas de Canonica-
tu , & Prebenda , aut Dignitate ,
Personatu , Administratione , vel
Officio , Ecclesie N. aut alio Be-
neficio Ecclesiastico cum cura ,

vel sine cura provideri possit, mo-
tu proprio venerabili Fratri nos-
tro Episcopo N. & delictis Filiis
Capitulo, singulisque Canonicis
Ecclesie N. per alias Litteras nos-
tras mandavimus, quatenus si eis
communiter vel divisim pro alio
non scripsissimus, qui simile Man-
datum, aut similem gratiam pre-
sequeretur ei N. Canonicatum &
Prebendam, aut dignitatem, per-
sonatum, & administrationem, vel
Officium, aut Beneficium Ecclesie
N. aut aliud Beneficium Eccle-
siasticum ad eorum collationem,
provisionem, presentationem, no-
minationem, seu quamvis aliam
dispositionem communiter vel di-
visim pertinens, si quem, quam,
vel quod, post mensem post pre-
sentationem earundem Litterarum
vacare contigerit cum plenitudine
juris Canonici, ac omnibus juri-
bus & pertinentiis suis, pro ut ad.

188 CONCORDATA
eos communiter vel divisim perti-
nerent, conferrent, & assignarent,
aut eum ad illa præsentarent, elige-
rent, nominarent, seu de illis provi-
derent, prout in eisdem Litteris ple-
nius continetur: Quocirca discre-
tioni vestre per Apostolica scripta
motu simili, mandamus quatenus
vos vel duo, aut unus vestrum,
per vos vel alium, seu alios, si
Episcopus, Capitulum & Canoni-
ci p̄dicti Canonicatum, & Pre-
bendam, aut dignitatem, persona-
tum, administrationem, vel Of-
ficium, aut Beneficium hujusmo-
di eidem N. conferre, & assig-
nare, ac de illis etiam provideri
recusaverint, seu distulerint, aut
negligentes fuerint Canonicatum
& Præbendam, aut dignitatem,
personatum, administrationem, vel
Officium seu Beneficium hujus-
modi cum plenitudine juris Ca-
nonici, ac omnibus juribus &

pertinentiis supradictis eidem N. conferre & assignare nec non eundem N. ad illa (ut moris est) admittere, &c in **Canonicum recipere**, & in **Fratrem** (stallo sibi in Choro, & loco in Capitulo assignatis) omniaque & singula alia in dictis Litteris contenta, alias juxta earundem continentiam, atque formam in omnibus, & per omnia facere & exequi curetis contradictores (prout justitia sua debit) ad hoc compescendo, non obstantibus omnibus quae dictis Litteris voluimus nonobstatore. Datum, &c. Pro regularibus autem similis forma illis conveniens detur.

TITULUS X.

De Causis.

STATUIMUS quoque & ordinamus quod in Regno Delphinaru & Comitatu prædictis, omnes & singulæ causæ, exceptis majoribus in jure expressè denominatis, apud illos judices in partibus qui de jure aut consuetudine præscripta, vel privilegio illarum cognitionem habent, terminari & finiri debeant.

TITULUS XI.

De frivolis Appellationibus.

ET ne sub umbra appellatio-
num, quæ nimium, & non-

numquam frivole interponi consueverunt, atque etiam in eadem instantia ad protogationem litium saepè multiplicari, injustis vexationibus materia præbeatur: Volumus quod si quis offensus coram suo judice, justitiae complementum habere non possit, ad immediatum Superiorum per apellationem recursum habeat, nec ad aliquem Superiorum, etiam ad Nos, & Successores nostros, vel Sedi prædictam, omisso medio. Nec à gravamine in quacumque instantia, ante definitivam Tentiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale gravamen extiterit, quod in definitiva reparari requiret, & eo casu non nisi ad immediatum Superiorum licet appellari.

§. I.

Si quis verò immediatè subjectus Sedi Apostolicæ ad eandem

Sedem duxerit appellandum, causa
committatur in partibus per Res-
criptum, usque ad finem litis, vi-
delicet usque ad tertiam Senten-
tiam conformem inclusivè, si ab
illis appellari contigerit, nisi prop-
ter defectum denegatæ justitiæ,
aut justum metum: & tunc com-
mitti debeat in partibus convici-
nis, & cum causarum expressione,
quæ etiam de illis, etiam legiti-
mè aliàs quàm per juramentum
coram judicibus à Sede Aposto-
lica deputandis constare debeat:
Processus autem contra præmissa
attentos, nullos & irritos esse vo-
lumus, ac Rescripta contra præ-
missa impetrantes, in expensis,
damnis, & interesse condemnari
debere decernimus atque declara-
mus. Sanctæ verò Ecclesiæ Ro-
manæ Cardinales qui pro univer-
sali Ecclesia continuè laborant,
necnon dictæ Sedis Officiales
Officia

Officia sua actu exercentes, sub
præsenti Decreto non intendimus
comprehendi.

§. II.

Statuimus etiam & ordinamus
quòd judices, causas quæ in par-
tibus terminari debent coram eis
pro tempore pendentes, sub poe-
na excommunicationis, & pri-
vationis Beneficiorum per eos ob-
tentorum, eo ipso incurrenda, in-
fra biennium terminare debeant.
Pars verò diffugiens, & expedi-
tionem ipsius causæ malitiosè im-
pediens, gravissimè per eosdem
judices multetur, etiam usque ad
privationem juris in hujusmodi
processu prætensi, si eis visum
fuerit; super quo eorum conscientias oneramus.

§. III.

Ab Interlocutoriis autem se-
cundò, à definitivis verò ter-
tiò provocare non licere decerni,

mus, sed volumus secundam Sen-
tentiam interlocutoriam confor-
mem, & tertiam definitivam etiam
conformem (omni mora cessante)
executioni debitæ demandari de-
bere , quacumque appellatione in-
terposita nonobstante.



TITULUS XII.

De pacificis Possessoribus.

STATUIMUS quoque, quod
quicumque dummodo non sit
violentus, sed habens coloratum
titulum pacificè sine lite Prælatu-
ram, Dignitatem, Personatum, &
administrationem, vel Officium,
seu quodcumque Beneficium Ec-
clesisticum triennio proximo hac-
tenus, vel pro tempore posse-
derit, seu possidebit in petitorio,
vel possessorio à quoquam, etiam

ratione juris noviter reperti mo-
lestari nequeat, præterquam præ-
textu hostilitatis vel alterius legi-
timi impedimenti, de quo pro-
testari, & illud juxta Concilium
Viennen. intimari debeat: Lis au-
tem hoc casu quo ad futuras con-
troversias intelligatur, si ad exe-
cutionem citationis, jurisque sui
in judicio, vel exhibitionem, vel
terminorum omnium observatio-
nem processum fuerit. Monemus
etiam Ordinarios ut diligenter in-
quirant, ne quis sine titulo Bene-
ficium possideat, & si quem Be-
neficium sine titulo possidere repe-
rerint, declarent illi jus non com-
petere, cujusvis temporis deten-
tione nonobstante, de ipsoque
Beneficio possit illi, dummodo non
sit intrusus, vel violentus, aut alias
indignus, vel alteri idoneo provi-
deri.



TITULUS XIII.

De publicis Concubinariis.

ET insuper statuimus, quod
quicumque Clericus cujus-
cumque conditionis, status, Re-
ligionis, Dignitatis, etiamsi Pon-
tificialis, vel alterius Præminen-
tiæ fuerit, qui post præsentium
notitiam (quam habere præsumat
post duos menses post earundem
Præsentium publicationem, in Ec-
clesiis Cathedralibus factam, quam
ipsi Diœcesani omnino facere te-
neantur, postquam Præsentes ad
eorum notitiam pervenerint) fue-
rit publicus Concubinarius, à per-
ceptione fructuum omnium Bene-
ficiorum suorum trium mensium
spatio sit ipso facto suspensus:
quos suus Superior in fabricam,

vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat. Nec non hujusmodi publicum concubinatum, ut primum talem esse novet, mox suus Superior monere teneatur, ut infra brevissimum terminum Concubinam dimittat: Et si illam non dimiserit, vel eā dismissā, illam publicē resumpserit, jubemus ut ipsum omnibus suis Beneficiis omnino privet; & nihilominus hi publici Concubinarii, usquequo cum eis per suos Superiores, post ipsarum concubinatum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcumque honorum, Dignitatum, Beneficiorum; Officiorumve sint inhabiles: Quod si post dispensationem residivo vomitu ad hujusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicujus dispensationis

198 CONCORDATA
sationis, ad prædicta prorsus inha-
biles existant.

§. I.

Quòd si ii ad quos talium cor-
rectio pertinet, eos ut prædictum
est punire neglexerint eorum Su-
periores, tam in ipsos de neglec-
tu, quam in illos pro Concubi-
natu, modis omnibus digna puni-
tione animadvertant in Conciliis
etiam Provincialibus, & Synoda-
libus adversus tales punire neglig-
entes, vel de hoc crimine dif-
famatos etiam per suspensionem
à Collatione Beneficiorum, vel
alia condigna poena severiter pro-
cedatur: Et si ii quorum destitu-
tio ad Nos & Sedem prædictam
spectat, per Concilia Provincia-
lia aut suos Superiores propter
Concubinatum publicum reperian-
tur privatione digni, statim cum
processu Inquisitioni ad Nos de-
ferantur. Et eadem diligentia &

Inquisitio in quibuscumque Generalibus Capitulis etiam Provinciæ libus quod ad eos servetur: poenitentiis aliis contra prædictos, & alios non publicos Concubinarios à jure statutis in suo robore permanuris.

§. II.

Publici autem intelligendi sunt non solum hi quorum Concubinatus per Sententiam, aut confessionem in jure factam, sed per rei evidentiam, quæ nulla possit tergiversatione celari notorius est; sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, & per suum Superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt.

§. III.

Quia verò in quibusdam Regionibus nonnulli Ecclesiasticam Jurisdictionem habentes, pecuniarios quæstus à concubinariis recipere non erubescunt, patientes

i iij



eos in tali fœditate sordescere; sub poena maledictionis æternæ præcipimus; ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quæstus talia quovismodo tolerent, aut dissimulent: Alioquin ultra præmissam negligentiae poenam, duplum ejus quod propter ea recipierint, restituere, & ad pios usus omnino convertere teneantur & compellantur.

§. IV.

Ipsas autem Concubinas, aut suspectas Prælati omnibus modis curent à suis subdictis per auxilium & brachii secularis invocationem, si opus fuerit, penitus arcere, quia etiam filios ex tali concubinatu procreatos, apud patres suos cohabitare non permittant.

§. V.

Jubemus insuper quod in prædictis Synodis & Capitulis præ-

REGNI FRANCIAE. 201
missa publicentur, & ut quilibet
suos subditos ad ipsarum concubi-
narum dimissionem moneant dili-
genter.

§. VI

Injungimus præterea omnibus
secularibus viris, etiam si regali
præfulgeant dignitate, ne illum
qualecumque inferant impedimen-
tum quocumque quæsito colore
Prælatis, qui ratione officii sui ad-
versus subditos suos pro hujusmodi
concubinatu, & aliis casibus sibi
à jure permissis procedunt.

§. ultimus.

Et cum omne fornicationis cri-
men lege divinâ prohibitum sit,
& sub poena peccati mortalis ne-
cessariò evitandum, monemus om-
nes Læicos tam uxoratos quam
solutos, ut similiter à concubina-
tu abstineant: Nimis enim repre-
hensibilis est qui uxorem habet,
& ad aliam uxorem seu mulierem

accedit. Qui verò solutus est; si continere nolit, juxta Apostoli consilium, uxorem ducat. Pro hujusmodi autem divini observantia præcepti, ii, ad quos pertinet tam salutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis, omni studio laborent.



TITULUS XIV.

De Excommunicatis non vitandis.

STATUIMUS quod ad vitandum scandala & multa pericula, subveniendumque conscientiis timoratis, quod nemo deinceps à communicatione alicujus in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quobuscumque divinis, vel extra prætextu cujuscumque Sententiæ aut Censuræ Ecclesiasticæ, seu suspensionis, au-

privationis ab homine vel à jure generali promulgatae, teneantur abstinere, vel aliquem vitare, vel Interdictum Ecclesiasticum observare; nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura hujusmodi fuerit, vel contra personam, Collegium, Universitatem & Ecclesiam, aut locum certum, aut certam à judice publicata, & denunciata specialiter & expressè, aut notoriè in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nullà possit tergiversatione celari, aut aliquo juris suffragio excusari, cum à communione illius abstineremus volumus juxta Canonicas Sanc-
tiones. Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos, non intendimus in aliquo relevare neque eis quomodo libet suffragari.



TITULUS XV.

De Interdictis non leviter ponendis.

ET quoniam ex indiscreta Interdictorum promulgatione, multa consueverunt scandala evenire, statuimus quod nulla Civitas, Oppidum, Castrum, Villa, aut locus Ecclesiastico supponi possit Interdicto, nisi ex causa, seu culpa ipsorum locorum, aut Domini seu Rectoris, aut Officialium. Propter autem culpam, seu causam alterius cuiuscumque privatæ Personæ hujusmodi loca interdici nequaquam possint auctoritate quamcumque ordinaria, vel delegata, nisi persona prius fuerit excommunicata, ac denunciata, seu in Ecclesia publicata, aut Domini, seu Rectores, aut Officialles ipso-

rum locorum auctoritate judicis
requisiti hujusmodi personam ex-
communicatam infra biduum inde
cum effectu non ejecerint , aut ad
satisfaciendum compulerint : Quâ
etiam post biduum ejecta receden-
te , vel satisfacente , mox divina
resumti possint , quod etiam in pen-
dentibus locum habere decerni-
mus.



TITULUS XVI.

De Sublatione Clementinae Litteris:

NEC non Constitutionem
de eorumdem Fratrum nos-
trorum consilio editam , quam cum
irritanti Decreto statuimus , decer-
nimus , & ordinamus , quod ex
tunc de cætero perpetuis , futuris
temporibus de cessione regiminis
& administrationis Ecclesiarum ,

& Monasteriorum facta per eos
qui Ecclesiis, & Monasteriis ipsis
præerant, seu illam administratio-
nem, seu commendam, aut ut il-
lis unitam alias obtinebant, seu
resignatione aliorum quorumcumque
Beneficiorum Ecclesiasticorum, seu
cessione juris in eis, vel ad ea
quomodolibet competentis, aut pri-
vationis, vel depositionis, aut cen-
suram fulminatione, in Litteris
Apostolicis à Nobis & Sede Apos-
tolica, etiam motu proprio, pro
tempore emanatis, quæ in mani-
bus Romani Pontificis factæ di-
cuntur, contentis, etiamsi super
illis narratis fundaretur intentio,
constare & apparere deberet per
publica instrumenta vel documen-
ta authentica; alioquin tam in ju-
dicio quam extra illud, narrativis,
& assertionibus hujusmodi in præ-
judicium tertii minimè stari, nec
ex illis alicui præjudicium asserti

REGNI FRANCIAE. 207
deberet, nisi de hujusmodi narrativa & assertione etiam in Litteris Apostolicis facta, altero ex præmissis modis doceretur, innovamus, illamque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari mandamus.



TITULUS XVII:

De firma & irrevocabili Concordatorum Stabilitate.

ET quia ad supradictam concordiam cum præfato Francisco Rege ob illius sinceram devotionem quam erga Nos & Sedem prædictam habet, cum ad præstandum Nobis reverentiam & filialem obedientiam, ad civitatem nostram Bononiae personaliter venire dignatus est, consentimus, illamque inviolabiliter observari

desideramus : illam verò contractus & obligationis inter Nos & Sedem Apostolicam prædictam ex una ; & præfatum Regem & Regnum suum ex altera , partibus , legitimè initi , vim & robur obtinere , ac & illi & præsentibus in aliqua sui parte , per quascumque litteras , & gratias per Nos & Successores nostros desuper concedendas derogari ; clausulamque cum earundem derogatione præsentium tenore latissimè extendenda , ad quod eadem præsentes Litteræ , & earum tenor pro expressis habeantur in quibusvis suppli- cationibus pro tempore signatis appositam , nihil penitus operari , & illius vigore in Litteris Apostolicis super ipsius supplicationibus conficiendis , quidquam per quod præsentibus , aut alicui particulæ de contentis in eis derogaretur , seu derogari videretur , narrari non

possit, & sic per quoscumque Ju-
dices & Commissarios, etiam Cau-
sarum dicti Palatii Apostolici Au-
ditores, & præfatæ Romanæ Ec-
clesiæ Cardinales in quibusvis cau-
sis super præmissis, vel eorum ali-
quo pro tempore motis, judicari,
definiri, & sententiari debere,
sublatâ eis aliter sententiandi, &
definiendi oīnāmodâ facultate &
auctoritate: Necnon irritum &
inane quidquid secūs super his,
vel eorum aliquo quavis auctorita-
te etiam per Nos & Successores
nostros præfatos, scienter, vel ig-
noranter contigerit attentari, de-
cernimus.

§. I.

Volumus autem quòd si præ-
fatus Rex præsentes Litteras, ac
omnia & singula in eis contenta,
quæ in prima futura Sessione præ-
sentis Concilii Lateranensis appo-
bari & confirmari facere promit-

timus infra sex menses à die approbationis & confirmationis hujusmodi computandos non approbaverit, & ratificaverit, & ea perpetuis futuris temporibus in Regno suo & omnibus aliis locis & dominiis dicti Regni, per omnes Prælatos, & alias etiam Ecclesiasticas Personas, ac Curias Parlamensi acceptari, legi, publicari, jurari, & registrari ad instar aliarum constitutionum regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, juramento, & registratione prædictis, infra prædictum tempus per omnium & singulorum supradictorum Patentes Litteras, aut authenticas scripturas Nobis non transmiserit, aut Nuncio nostro apud Regem existenti per eum ad nos mittendas non consignaverit, & deinde singulis annis etiam legi (pro ut aliæ ipsius Francisci Regis constitutiones, & ordina-

REGNI FRANCIAE. 211
tiones, quæ in viridi sunt obser-
vantia, observari debent) inviola-
biliter observari cum effectu non
fecerit, præsentes Litteræ & inde
secuta quæcumque sint cassa &
nulla, nulliusque roboris vel mo-
menti.

§. II.

Et cum omnium quæ in Reg-
no, Delphinatu, & Comitatu
prædictis aguntur notitiam non ha-
beamus, consuetudines, statuta,
seu usus, Libertati Ecclesiasticæ &
auctoritati Sedis Apostolicæ, quo-
modolibet & præjudicantia, si qua
in Regno, Delphinatu & Comi-
tatu prædictis, aliàs quàm in præ-
missis existant, non intendimus
Nobis & ejusdem Sedi in aliquo
præjudiciare, seu illa tacitè vel
expressè quomodolibet approbare.

§. III.

Et nihilominus præfato Francis-
co, & pro tempore existenti Fran-

corum Regi, in virtute sanctæ
obedientiæ mandamus, quatenus
per se, vel per alium, seu alios
in Dignitate Ecclesiastica constitu-
tos, præsentes Litteras, ac om-
nia & singula in eis contenta,
quando & quoties opus fuerit pu-
blicari, & ea inviolabiliter obser-
vari faciat. Contradictores cujus-
cunque dignitatis, & præeminen-
tiæ fuerint per Censuras Eccle-
siasticas, & pecuniarias pœnas,
aliamque juris & facti quævis oport-
tuna remedia (appellatione quali-
bet omnino postpositâ) compel-
cendo; nonobstantibus omnibus
prædictis, aut si aliquibus com-
muniter, vel divisiim ab eadem
sit Sede indultum, quod interdici,
suspendi, vel excommunicari non
possint: per Litteras Apostolicas
non facientes plenam & expre-
sam, ac de verbo ad verbum de
Indulto hujusmodi mentione in:

§. ultimus.

Nulli ergo omnino hominum
liceat hanc paginam nostrorum sta-
tuti, ordinationis, suspensionis,
astrictionis, declarationis, præcep-
ti, injunctionis, monitionis, in-
novationis, concensus, decreti,
voluntatis, permissionis, & man-
dati infringere, vel ei ausu teme-
rario contraire. Si quis autem hoc
attentare præsumpscerit, indigna-
tionem omnipotentis Dei, ac bea-
torum Petri & Pauli, Apostolo-
rum ejus se noverit incursum.
Dat. Rom. apud S. Petrum, an-
no Incarnat. Dominicæ 1516. 15.
Kal. Septemb. Pontif. nostri anno
quarto.





TITULUS XVIII.

De conclusione Lateranensis Concilii.

Nos igitur ut litteræ quæ ob
id præcipue editæ fuerunt
ut in corpore mistico, sancta vi-
delicet Ecclesia, perpetua charitas,
& pax inviolata perdurent; & si
qua membra dissentiant, ea com-
modè suo reuniantur corpori, eo
magis observentur quo clarius con-
titerit ipsas Litteras, cù maturâ &
salubri deliberatione à Nobis (dic-
to sacro Lateranen. approbante
Concilio) approbatas, & innova-
tas, qua statutæ & ordinatæ fue-
runt, licet ad earundem litterarum
subsistentiam & validitatem, aliâ ap-
probatione non indigerent. Ad
abundantiorem tamen cautelam,
ut eo tenaciùs observentur, & dif-

ficiilius tollantur, quo tantorum patrum fuerint majore approbatione munitæ, Litteras prædictas, cum omnibus & singulis statutis, ordinationibus, definitionibus, decretis, pactis, conventionibus, promissione, voluntate ac pœnis, inhibitione, aliisque omnibus & singulis clausulis in eo contentis, illa præsertim qua voluimus: Quod si præfatus Franciscus Rex prædictas litteras, ac omnia, & singula in eis contenta, intra sex menses à data præsentium computandos non approbaret, & ratificaret, & ea perpetuis futuris temporibus in Regno suo, & aliis locis & dominiis dicti Regni per omnes Prælatos, & alias Ecclesiasticas Personas, à Curiis Parliamentorum acceptari, legi, publicari, jurari, & registrari ad instar aliarum constitutionum regiarum, & de acceptatione, lectio-

216 CONCORDATA
ne, publicatione, juramento, &
registratione prædictis intra præ-
dictum tempus, per omnium &
singulorum supradictorum Patentes
Litteras, aut authenticas scrip-
ras, Nobis non transmitteret, aut
Nuncio nostro apud ipsum Regem
existenti, per eum ad nos desti-
nendas non consignaret, & dein-
de singulis annis, etiam legi (prout
aliæ ipsius Francisci Regis consti-
tutiones & ordinationes quæ in vi-
ridi sunt observantia, observari
debet) inviolabiliter observari cum
effectu non fecerit, litteræ ipsæ,
& inde secuta quæcumque essent,
cassa & nulla, nulliusque roboris
vel momenti (Sacro Lateranensi
Concilio approbante) Apostolica
auctoritate, & potestatis plenitu-
dine approbamus & innovamus,
easque inviolabiliter & irrefragabi-
liter observari & custodiri manda-
mus, roburque perpetuæ firmitatis
in

in eventum dictarum approbationis, & ratificationis, & non alter, nec alio modo obtainere, omnesque in dictis Litteris comprehensos, ad ipsarum litterarum, ac omnium & singulorum in eis expressorum observationem, sub censuris & poenis ac aliis in eis contentis, juxta earundem litterarum tenorem & formam teneri & obligatos esse decernimus, & declaramus; non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ in dictis litteris voluimus non obstatæ ceterisque contrariis quibuscumque.

§.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, mandati, decreti, & declarationis infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis hoc attentare præsumperit, indig-

218 CONCORDATA
nationem omnipotentis Dei , ac
beatorum Petri & Pauli Aposto-
lorum ejus se noverit incursorum.
Datum Romæ in publica Sessione
in Lateranen. sacrosancta Basilica
solemniter celebrata , anno Incar-
nationis Dominicæ millesimo quin-
gentesimo sexto-decimo, quarto-de-
cimo Calendas Januarii , Pontif.
nostrî anno 1 v. sic signatum. Visa
je. Salut. Bembus. Joannes de Ma-
drigal , & in dorso registrata apud
me Bembum.



TITULUS XIX.

*De regia acceptatione & publicatione
Concordatorum.*

QUOCIRCA dilectis & fi-
delibus Consiliariis nostis
ad præsens tenentibus , & qui in
futurum nostra tenebunt Parlamen-

ta, omnibusque Justitiariis Regni nostri & Delphinatus ac Comitatus nostrorum, cæterisque Officiariis & subditis nostris, & eorum cuilibet (prout ad eum pertinet) mandamus districtius injungentes, quatenus omnia præmissa & singula teneant, & custodiant, & conservent in sui roboris plenaria firmitate, & in causis quibuscumque occasione præmissorum de cætero orituris, & emersuris, secundum deliberationes & conclusiones præscriptas judicent, pronuntient, & sententient, atque ab omnibus subditis & incolis nostrorum Regni, Delphinatus, & Comitatus inviolabiliter faciant in omnibus & per omnia observari, prædictas personas Ecclesiasticas & seculares, ac earum quamlibet in omnibus & singulis superius expressis ab omni turbatione, violentia, impressione, mo-

lestatione , vexatione , damno , & impedimento tueantur , protegant , pariter & defendant : Omnes & quascumque personas cujusvis conditionis , ac status fuerint , contra facientes , & venientes taliter puniendo quod in posterum , ceteris cedat in exemplum ; quoniam sic fieri volumus & jubemus per Presentes . In cuius rei testimonium Sigillum nostrum praesentibus Litteris duximus apponendum . Datum Parisis die 13- Maii anno Domini 1517. & Regni nostri 3. sic signatum supra pli- cam , per Regem , Dominis Ducibus , Alanconii , Borbonii , & Vindocen . vobis Dominis Dorval de la Trimoille , de Boysi Magno Magistro , Bastardo Sabaudiæ de la Palice , & de Chastillon , Mareschalibus Franciæ , & aliis praesentibus , Robertet .

Lecta , publicata , & registrata
ex ordinatione , & de præcepto
Domini nostri Regis , reiteratibus
vicibus , facta in præsentia Domini
de Trimolia , primi Cambellani
dicti Domini nostri Regis , ad hoc
per eum specialiter missi , Parisiis
in Parlamento 22. die Martii an-
no Domini 1517. sic signatum
Pichon.

TITULUS XX.

*De prorogatione dilationis ad ap-
probandum Concordata , tam à
Prælatis Regni , quam ab aliis per-
sonis.*

F RANCISCUS , Dei gratia
Francorum Rex , Mediolani
Dux , & Genuæ Dominus , uni-
versis præsentes Litteras inspectu-
k iij

ris Salutem. Cum urgenti necessitate, evidentique commodo & utilitate reipublicæ Regni nostri ducti, ad evitanda majora pericula, quæ ex revocatione Pragmaticæ in futurum eventura cernebamus, sive illi revocationi obediretur, sive non obediretur quæ unicuique rectè sentiendi latissimè constare possunt, certa iniverimus cum sancta Sede Apostolica Concordata; in quibus inter cætera cautum est, quòd infra sex mensium spatium, illa publicari & registrari nec non jurari in Curiis nostris Parliamentorum effeceremus, Ecclesiamque Gallicanam illis consentire, alias nullius essent momenti, quæ nullatenus ob brevitatem temporis, aliis etiam urgentibus negotiis occupati perficere voluimus Idcirco ne in rete (quòd verebamur) incideremus, & ne commodo & utilitate dicto-

rum Concordatorum frustraremur
à Sede Apostolica: Post lapsum
dicti spatii sex mensium, unius
anni prorogationem obtinuimus.
Cæterum cum in dictis Concor-
datis inter cætera etiam cavere-
tur quod verus valor Beneficiorum
in illorum impetrationibus expri-
mendus sit; timendum erat, ne
ambitiosi sub prætextu veri valo-
ris non expressi, jam dicta im-
petrarent Beneficia. Igitur ut præ-
dictis malitiis via præcluderetur,
à Sanctissimo Domino nostro Pa-
pa Leone decimo Rescriptum ob-
tinuimus, quod impetrações præ-
textu valoris non expressi obten-
tæ infra annum illius Rescripti (in
quo verus valor non fuisse expres-
sus asseritur) nullius valoris ac
momenti esse declararentur, qua-
rum Bullarum seu rescriptorum te-
nor sequitur, & est talis.

Prima Prorogatio.

Leo Episcopus, servus servo-
rum Dei, charissimo in Chris-
to Filio Francisco Francorum Re-
gi Christianissimo, Salutem &
Apostolicam benedictionem. Du-
dum siquidem inter alia cum ir-
ritantis appositione Decreti, sta-
tuimus & ordinamus quod ex tunc
de cætero occurrentibus Cathe-
dralium, & Metropolitanorum Ec-
clesiarum, ac Monasteriorum in
Regno Franciæ & Delphinatu,
& Comitatu Dien. & Valenti-
nen. consisten. vacationibus di-
lecti filii Ecclesiarum Capitula, &
Monasteriorum Conventus, ad Elec-
tiones seu postulationes futurorum
Archiepiscoporum, Episcoporum,
ac Abbatum, Ecclesiarum, ac
Monasteriorum vacantium pro tem-
pore hujusmodi procedere non va-
lerent: Sed Majestas tua ad Eccle-
sias & Monasteria hujusmodi sic

vacantia, infra certum tunc expressi temporis spatium, Nobis & pro tempore existenti Romano Pontifici personas idoneas, certo tunc expresso modo qualificatas, ad eandem nominationem per nos & Romanum Pontificem hujusmodi Ecclesiis, & Monasteriis eisdem præficiendas nominare valeret: pro ut in nostris inde confectis litteris (in quibus voluimus quod si Majestas tua omnia in illis statuta, ordinata, & contenta infra sex menses post tunc proximam futuram Sessionem Lateran. Concilii tunc vigentis non approbareret & confirmaret, & à Prælatis ac aliis Regni tui personis tunc expressis, approbari non faceret, litteræ ipsæ nullius essent roboris vel momenti plenius continentur. Cum autem sicut exhibita nobis pro parte tua, petitio continebat, Majestas tua propter varias occupa-

tiones, quibus ad præsens impli-
citus existis, ac ex certis aliis ra-
tionalibus causis intra dictum se-
mestre, infra quod adhuc existis,
in dictis litteris contenta, per Præ-
latos & personas Regni tui hujus-
modi approbari facere posse com-
modè non confidas: Nos itaque
tuis in hac parte supplicationibus
inclinati semestre prædictum (infra
quod adhuc existis) ad annum à
data præsentium computandum auc-
thoritate Apostolica, tenore Præ-
sentium prorogamus, pariter &
extendimus, non obstantibus cons-
titutionibus & Ordinationibus
Apostolicis: Nec non omnibus
illis quæ voluimus in dictis litte-
ris non obstat, cæterisque con-
trariis quibuscumque; nulli ergo om-
nino hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ protogationis & ex-
tentioñis infringere, vel ei casu
temerario contraire. Si quis autem

hoc attentare præsumpserit, in-
dignitatem omnipotentis Dei, ac
Beatorum Petri & Pauli Aposto-
lorum ejus se noverit incursum.
Datum Romæ apud Sanctum Pe-
trum, anno Incarnationis Domini
1517. Kalendis Julii Pontificatus
nostrí anno 5.

Altera prorogationis petitio.

F RANCISCUS, Dei gratia
Francorum Rex, Mediolani
Dux, & Genuæ Dominus, uni-
versis præsentes litteras inspecturis.
Notum sit& manifestum quòd cum
jam dudum à sancta Sede Apost-
tol. certæ litteræ Apostolicæ per
Nos obtentæ fuissent quibus se-
mestre, infra quod Nos & Eccle-
sia Gallicana approbare debeba-
mus Concordata inter sanctam
Sedem Apostolicam & nos inita,
per annum prorogatum extiterat,
verùm quia durante dicto anno,
aliis occupati negotiis, dictam ap-

probationem & confirmationem
à Prælatis, & aliis personis ibidem
expressis approbari, seu confirma-
ri minimè fecerimus, idcirco alias
litteras Apostolicas ab eadem Sede
obtinuimus, quibus annum jam
dictum ad alium à fine illius com-
putandum denuò protogare feci-
mus, prout in dictis Litteris/quarum
tenor sequitur) plenius continetur.

Altera prorogationis Concessio.

Leo Episcopus, servus servo-
rum Dei, charissimo in Chris-
to Filio Francisco Francorum
Regi Christianissimo, Salutem, &
Apostolicam benedictionem. Du-
dum scilicet inter alia cum irri-
tantis appositione decreti statuimus,
& ordinavimus, quod ex tunc de-
cætero occurribus Ecclesiarum
Cathedralium, Metropolitanarum,
ac Monasteriorum in Regno Fran-
cie, & Delphinatu, ac Comit-
atu Dien. & Valentin. consisten-

tium vacationibus, dilecti filii Ecclesiarum Capitula & Monasteriorum Conventus ad Electiones, seu Postulationes futurorum Archiepiscoporum, Episcoporum, ac Abbatum Ecclesiarum, & Monasteriorum vacantium pro tempore hujusmodi procedere non valerent: Sed Majestas tua ad Ecclesias & Monasteria hujusmodi sic vacantia infra certum tunc expressi temporis spatium, nobis & pro tempore existenti Rom. Pontifici personas idoneas, certo tunc expresse modo qualificatas, ad eandem nominationem per Nos & Romanum Pontificem hujusmodi Ecclesiis & Monasteriis eisdem præficiendas nominare valeret: Ac voluimus quod si Majestas tua omnia in illis statuta & ordinata conventa, inter sex menses post tunc proximam futuram Sessionem Lateran. Concilii tunc vigentis non appro-

baret, & confirmaret, & Prelatis
& aliis tunc expressis Regni tui
approbari non faceret, litterę ipse
nullius essent roboris vel momen-
ti. Et deinde pro parte tua nobis
exposito, quod Majestas tua prop-
ter varias occupationes quibus
tunc implicitus eras, ac ex certis
aliis rationabilibus causis infra dic-
tum semestre, infra quod tunc
adhuc existebas in dictis litteris
contenta per Prelatos & personas
Regni tui hujusmodi approbari
facere commodè non confidebas:
non per alias nostras Litteras se-
mestre predictum, infra quod tunc
adhuc existebas ad annum à data
posteriorum litterarum hujusmodi
computandum, prorogavimus pari-
ter & extendimus prout in singu-
lis litteris predictis pleniū conti-
netur. Cum autem sicut exhibita
nobis nuper pro parte tua petitio
continebat, Majestas tua litteras

priores prædictas, juxta voluntatem nostram prædictam approbavit & confirmavit, & publicari fecit, & approberi facete intendebat, fecissetque nisi à Litterarum priorum editione, ac tuis approbatione & confirmatione, ac earumdem priorum Litterarum publicatione hujusmodi temerè appellatum fuisset. Et propterea nobis humiliter supplicari fecisti, ut annum prædictum infra quem adhuc existis, ad aliud annum prorogare de benignitate Apostol. dignaremur; Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati annum prædictum infra quem adhuc Majestas tua existit aliud annum à fine primi anni hujusmodi computandum auctoritate Apostolica tenore præsentium prorogamus pariter & extendimus, non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, nec non omni-

232 CONCORDATA
bus aliis, quæ in prioribus &
posterioribus litteris prædictis vo-
luimus non obstatæ, cæterisque
contrariis quibuscumque. Datum
Romæ apud Sanctum Petrum an-
no Incarnationis Domini 1518. VI.
Kalendas Julii, Pontificatus nos-
tri anno 6.

Quocirca dilectis & fidelibus
Consiliariis nostris Curias nostras
Parlamenti tenentibus nec non
Seneschallis, Baillivis, præpositis,
aliisque Justitiariis & Officiariis
nostris harum serie mandamus, &
injungimus, quatenus hæc præsen-
tes suis in Registris registrent, ut
si pro rebus & negotiis in dies
occurrentibus, illis quis agere
habuerit, ex dictis registris illas
extrahere possit & valeat: Cui ex-
tracto debito modo facto, talem
fidem haberi volumus, ac si dicta-
rum Bullarum originale exhiberent:
Nam sic nobis placet, & quatenus

nus opus est, ex nostra certa scien-
tia, & potestatis plenitudine, ita
fore ordinamus. In cuius rei testi-
monium, Sigillum nostrum præ-
sentibus litteris duximus apponen-
dum. Datum Baugiaci die 25.
mensis Octob. anno Domini 1518.
Et Regni nostri 5, per Regem Ge-
doyn.



TITULUS XXI.

De Annatis.

LEo Episcopus, servus seruo-
rum Dei ad perpetuam rei
memoriam. Romanus Pontifex (cui
tot tantaque spiritualibus & tem-
poralibus providenda incumbunt)
rerum & temporum qualitate pen-
sata, nonnulli prout ad cuncto-
rum Clericorum Beneficia Eccle-
siastica à Sede Apostolica pro tem-

pore impetrantium commoda & utilitates , ac litibus & fraudibus obviandum oporteret , conspicit , salubriter ordinat , & disponit : Nuper si quidem inter Constitutiones ad laudem Dei & Christi fidelium pacem & quietem , de Fratrum nostrorum consilio cum charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum Rege christianissimo , maturâ deliberatione Concordata statuimus quod in provisionibus quas personis quibusve Regni Franciae ac Delphinatus , & Comitatus Dien. & Valentin. de Beneficiis vacantibus seu certo modo vacaturis , per Nos & Successores nostros & Sedem prædictam etiam motu proprio , etiam promotis ad Ecclesias Cathedrales , & Metropolitanas , & Monasteria , (ut obtenta per eos Beneficia retinere possent) fieri contingret , illorum verus annuus

per Florenos, aut Ducatos auri de Camera, aut libras Turonensium alterius monetæ valor, secundum communem æstimationem exprimi deberent; alioquin gratiæ ipsæ essent ipso jure nullæ. Cum autem sicut accepimus, sæpè contingeret personas Regni & Delphinatus, ac Comitatus hujusmodi vacatione Beneficiorum in locis remotis Regni & Delphinatus, & Comitatus eorumdem, per obitum pro tempore vacantia intellecta, eorum veri valoris notitiam haberi non posse, & veri valoris hujusmodi notitia non habita ad illa à Romano Pontifice impetrandum celerem nuncium ad Sedem prædictam destinare, & signaturam supplicationis super illorum impretratione, cum facultate verum annum valorem Beneficiorum hujusmodi in litterarum super hujusmodi supplicationibus

236 CONCORDATA
expeditione augendi obtinere ad
effectum possessionem Beneficio-
rum hujusmodi assequendi , litte-
ras super hujusmodi impetrationi-
bus cum minus vera valoris Bene-
ficiorum corundem expressione ex-
pedire , & absque eorum culpa ,
diligentia , & expensis pro impe-
tratione hujusmodi obtinenda fac-
tis ; & gratia eis à Nobis concessa ,
& illius effectu frustrari , ac per
posteriorēs (qui nullā habitā diligen-
tiā cum expressione veri valoris
eadem Beneficia à Sede prædicta
impetrarunt) excludi , ac desuper
propterea molestari .

§.

Nos qui subditorum nostrorum
commoda libenter procuramus ,
ac eos à litibus & expensis , quan-
tum cum Domino possumus , re-
levamus motu proprio , ac ex cer-
ta nostra scientia , ac de Aposto-
licæ Potestatis plenitudine , statui-

mus & ordinamus, quod de cæ-
tero perpetuis futuris temporibus
impetrantes Beneficia Ecclesiastica
in Regno, Delphinatu, & Co-
mitatu prædictis per obitum dum-
taxat vacantia, si verum annum
valorem Beneficiorum in Litteris
Apostolicis, quæ superdictis Bene-
ficiis expeditis fuerint, non expres-
serint, infra annum à die datæ
Litterarum earundem computan-
dum, valorem ipsum malè expres-
sum corrigi per Officiales, ad quos
expeditio Litterarum hujusmodi
pertinet, & correctiones Littera-
rum earundem fieri concurvant
petere, ipsique Officiales ipsarum
litterarum expeditioni præsidentes,
ad eorundem impetrantium simpli-
cem petitionem, valorem ipsorum
ad verum annum valorem, juxta
petentium voluntatem in eisdem
litteris reducere, & corriger, ip-
sique impetrantes pro augmento

valoris expressi dumtaxat, Annatam Cameræ Apostolicæ solvere debeant, ut teneantur, decernentes quascunque imprestationes posteriores de dictis Beneficiis ratione non expressionis veri valoris hujusmodi infra dictum annum factas, nullius roboris vel momenti esse, & pro infectis haberi debere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnati dominicæ 1516. Kal. Octobris Pontificatus nostri anno IV.

TITULUS XXII:

*De Registratione Concordatorum
in Curiis facienda.*

QUOCIRCA dilectis & si-
delibus Consiliariis, Cu-
riis nostras Parlamenti tenentibus,
nec non Seneschallis, Baillivis,
præpositis, aliisque Justitiariis &
Officiariis nostris harum serie man-
damus & injungimus, quatenus
præsentium tenorem suis in regis-
tris registrent: Ut si pro rebus &
negotiis in dies occurribus illis
quis egere habuerit, ex dictis re-
gistris illas extrahere possit & va-
leat: cui extracto debito motu
facto talem fidem haberi volumus,
ac si prædictarum Bullarum origi-
nale exhiberent, nam sic fieri vo-
lumus; & quatenus opus esset,

240 CONCORDATA
ex cōtra nostra scientia, & po-
testatis plenitudine ita fore ordi-
namus. Datum Ambasię, die 12.
mensis Aprilis anno Domini 1518:
& regni nostri quarto. Sur le re-
ply est écrit : Per Regem, ainsi
signé, ROBERT ET. Et scellé
à double queuë, & cire jaune.



TITULUS XXIII.

*De regia facultate primum mensem
Graduatis debitum nominandi.*

F RANCISCUS, Dei gratiā
Francorum Rex, Mediolani
Dux, Genuę Dominus. Cum Su-
perioribus diebus certa iniverimus
Concordata cum sanctissimo Do-
mino nostro Papa Leone X. qui-
bus inter cætera ordinatur quate-
nus Beneficia vacantia primo men-
se post publicationem illorum,
affiantur

afficiantur Graduatis simplicibus: verum cum ex diversitate temporum quibus jam dicta Concordata publicata Parlamentis nostris fuere, dictorum mensium diversitas, confusionem (litium educatricem) generare verisimiliter potuisset, Nos igitur ut dictae confusione obicem apponemus a jam dicto Domino sanctissimo Domino nostro Papa, Litteras Apostolicas obtinuimus, quarum tenor de verbo ad verbum inferius discribitur, quibus permisum & concessum est illum primum mensem exprimere nobis ac nominare licere: ea propter facultatem Nobis a Sede Apostolica praedicta concessam insequentes, considerantesque dicta Concordata in Curia nostra Parlamenti Parisiis in mense Martii ultime praeteriti fuisse publicata, mensem praeteritum Aprilis, dictam publicationem immediate

sequentem pro proximo mense eli-
gimus & nominamus. Ex cuius
initio , ordo & computatio sequen-
tium mensium , ut qui menses
Graduatis simplicibus nec non
Graduatis nominatis , ac ordinariis
Collatoribus spectant sciant. Et
juxta illorum ordinem Beneficiis
in illis vacantibus provideatur , te-
norem dictorum Concordatorum
insequendo , nullo habito respectu
ad tempus publicationis eorundem
Concordatorum , in aliis Curiis
nostris Parlamenti factæ. Quocirca
dilectis & fidelibus Consiliariis
nostris Parlamenta , Parisiis , To-
losæ , Burdigalæ , Rothomagi ,
Divione , Gratianopoli tenentibus
necnon cæteris nostris Justitiariis ,
& Officiariis mandamus & injun-
gimus , quatenus has presentes Lit-
teras nostras publicare habeant ;
necnon in suis registris registrare ,
ut nemo ignorantiae causam præ-

REGNI FRANCIE. 243
tendere possit aut valeat : Et juxta tenorem jam dictæ facultatis nobis concessæ & declarationis per nos factæ , processus judicare haç beant , quia sic fieri volumus , & ita nobis placet , nonobstantibus quibuscumque in contrarium facientibus.

*Tenor dictarum Litterarum
Apostolicarum.*

Le o , Episcopus servus servorum Dei , Charissimo in Christo Filio Francisco Francorum Regi Christianissimo , Salutem & Apostolicam Benedictionem . Dudum si quidem inter alia cum irritantibus approbatione Decreti statuimus & ordinavimus quò ex tunc de cætero occurribus Ecclesiarum Cathedralium etiam Metropolitanarum ac Monasteriorum in Regno Franciæ , & Delphinatu , ac Co-

mitatu Dien. & Valentinen. consistentium vacationibus: dilecti Filii Ecclesiarum Capitula, & Monasteriorum Conventus, ad Electiones seu postulationes futurorum Archiepiscoporum, Episcoporum ac Abbatum Ecclesiarum & Monasteriorum vacantium pro tempore hujusmodi, procedere non valerent: Sed Majestas tua ad Ecclesiis & Monasteria hujusmodi sic vacantia, infra certum tunc expressi temporis spatium & nobis & pro tempore existenti Romano Pontifici, personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas, ad eandem nominationem per Nos & Romanum Pontificem hujusmodi Ecclesiis & Monasteriis eisdem præficiendas nominare valeret. Prout in nostris inde confectis litteris (in quibus inter alia quod primo mense post earundem litterarum & acceptationem & pu-

blicationem ordinarii Collatores .
Dignitates , Personatus , Adminis-
trationes , & Officia ad eorum
Collationem , Provisionem , No-
minationem , Præsentationem , seu
quamvis aliam dispositionem spec-
tantia , Graduatis simplicibus sub-
certis modo & forma tunc expres-
sis conferre , & de illis etiam
providere deberent , caveatur
pleniū continetur . Cum autem si-
cut accepimus propter diversa tri-
bunalia plurium Parliamentorum
in Regno , Delphinatu , & Co-
mitatu prædictis consistentia , in
quibus Litteras in eis constitutas
& expressas constitutiones publica-
ri & acceptari diversis temporibus
propter locorum distantiam , opor-
tet super primo mense (qui ordi-
nariis Collatoribus ad conferen-
dum Graduatis conceditur) quis-
sit , plures lites & dispendia par-
tium super hoc exoriri contingere

possit, non litibus & dispendiis hujusmodi pro nostri Pastoralis Officii debito obviare ; & ne quis mensis sit deinceps hujusmodi dubitari aut hæsitari contingat Majestati tuæ , ut post acceptationem , & publicationem Litterarum Concordatorum hujusmodi , primum mensem hujusmodi quis sit exprimere & nominare possit & valeat , motu proprio & ex cetera nostra scientia , autoritate Apostolicâ tenore præsentium , licentiam & facultatem concedimus , pariterque indulgemus , nonobstantibus omnibus quæ in eisdem Litteris voluimus nonobstatæ ceterisque contrariis quibuscumque . Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnat. Domin. 1518. 17. Kalend. Julii Pontificatus nostri anno 6. Sic signatum supra pli-cam , Ja Questemberq. In testi-monium quorum his præsentibus.

REGNI FRANCIAE. 247
sigillum nostrum duximus appo-
nendum. Datum Baugiaci die 25.
mensis Octob. anno Domini 1518.
& regni nostri IV. Per regem Ge-
doin. Lecta, publicata, & registra-
ta Tolosæ in Parlamento 22.
Novemb. anno Domini 1518. Mi-
chaëlis.

TITULUS XXIV.

*De pœna temere venientium contra
hujusmodi Concordata.*

F R A N C I S C U S , Dei gratiâ
Francorum Rex, Mediolani
Dux, Genuę Dominus, universis
præsentes Litteras inspecturis, Sa-
lutem. Cum pro corroboratione,
necnon observatione decretorum
Concordati per Nos cum sanctissi-
mo Domino nostro Papa Leone
X. initi, necessarium ac utile fo-

ret, ut à sancta Sede Apostolica illius concordati protectores constitueremur, ut utroque iuxcone institutis Concordatorum non parentes punirentur, Litteras Apostolicas à jam dicta Sede Apostolica obtinuimus, quarum tenor inferius describitur. Quibus ilorum Concordatorum protectio nobis concessa est, quocirca dilectis & fidelibus Consiliariis nostris Parlamenta nostra Parisiis, Toulouse, Burdigalæ, Rotomagi, Divione, & Gratianopoli tenentibus, necnon cæteris nostris Justitiariis, & Officiariis, mandamus & injungimus, quatenus juxta facultatem Nobis concessam eorum Concordatorum infractores poenis legitimis afficiant; & ea quæ in contrarium dictorum Concordatorum attentaverint, revocent, & in pristinum statum reducant, seu reduci faciant compescendo compes-

REGNI FRANCIAE. 249
cendos, omnibus viis rationabilibus & debitibus. Et ut nemo jam dictæ nostræ protectionis ignorantiam prætendere valeat, eas præsentes publicare, & in Registris suis registrare faciant indilatè: quoniam nobis sic placet, & ita fieri volumus, nonobstantibus quibuscunque in contrarium facientibus.



TITULUS XXXV.

De Protectione Concordatorum Francie Regibus concessa.

LEO, Episcopus servus servorum Dei, Charissimo in Christo Filio Francisco Francorum Regi Christianissimo, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Dendum si quidem inter alia cum irritantis appositione Decreti statuimus & ordinavimus quod ex tunc

de cætero occurrentibus Ecclesiastum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, ac Monasteriorum in Regno Franciæ, & Delphinatu, ac Comitatu Dien. & Valentinien. consistentium vacionibus dilecti Filii Ecclesiarum Capitula & Monasteriorum Conventus ad Electiones seu Postulationes futurorum Archiepiscoporum, Episcoporum, ac Abbatum, Ecclesiarum, & Monasteriorum vacantium pro tempore hujusmodi procedere non valerent; sed Majestas tua ad Ecclesiæ, & Monasteria hujusmodi sic vacantium intra certum tunc expressi temporis spatium, & nobis & pro tempore existenti Romano Pontifici personas idoneas certo tunc espresso modo qualificatas, ad eandem nominationem per Nos & Romanum Pontificem hujusmodi Ecclesiis & Mo-

nasteriiis eisdem præficiendas nominare valeret : pro ut in nostris inde confessis litteris (in quibus Majestati tuæ & pro tempore existenti Francorum Regi in virtute sanctæ obedientiæ , quod parte , vel alium , seu alios in dignitate Ecclesiastica constitutos , easdem Litteras ac omnia & singula in eisdem constituta , quando & quoties opus foret publicari , & inviolabiliter observari ficeret , mandavimus) pleniùs continetur . Cum autem sicut accepimus , non nulli Regni , Delphinatus & Comitatus prædictorum , à quorum cordibus Dei timor abest , Litteras hujusmodi & per eas editas Constitutiones , & in eis conten ta plenè acceptate recusent , & illis non sine spiritu blasphemiae , & censurarum in eis contentarum incursu , verbo & opere si possent contravenire conten-

dant : Nos ea quæ tanta maturitatē, consilio, & sacri tunc vigentis Late-
ran. Concilii approbatione discussa,
statura, ordinata, facta, & concessa
sunt, ut inviolabiliter & inconcusse,
proutpar-est, obseruentur, pro nostri
Pastoralis Officii debito provide-
re volentes, quamquam aliis lit-
teris nostris temerariis ausibus con-
travenire nientibus occurerimus,
eorumque ora obstruxerimus, mo-
tu proprio, & ex nostra certa scien-
tia, ac de Apostolicæ potestatis ple-
nitudine, cum deceat seculatem po-
testatem, presertim linguam Eccle-
siasticam juvare potestatem in his præ-
fertim quæ animarum salutem con-
cernunt, Majestatem tuam, & pro-
tempore existentem Francorum
Regem litterarum prædictarum,
ac per eas editarum constitutio-
num, & omnium ac singulorum
in eis contentorum, legitimos
protectores, defensores, & conser-

vatores; necnon quorumvis ad-
versus illas, & in eis contenta
venire tentantium, cujuscunque
dignitatis, status, Gradus, ordi-
nis, conditionis, vel nobilitatis
existen. ac quacunque mundana
dignitate fulgentium, invictissimos
oppugnatores auctoritate Apostoli-
câ tenore præsentium constituimus
& deputamus. Nonobstantibus om-
nibus quæ in dictis litteris volui-
mus, non obstatæ cæterisque con-
trariis quibuscumque. Datum Ro-
mæ apud Sanct. Petrum anno In-
carnat. Domini 1518. 17. Kalend.
Julii Pontif. nostri anno vi. Sic
signatum sub plica Joan. Sadole-
tus, & supra plicam Ja. Questem-
berg. In testimonium quorum his
præsentibus Sigillum nostrum du-
ximus apponendum. Datum Bau-
giaci die 25. mensis Octob. anno
Domini 1518. & Regni nostri iv.
Per Regem Gedoyn.

FINIS.



T A B U L A

Titulorum qui continen- tur in isto Codice.

O rigo Pragmaticæ - Sanctionis à pagina 1. usque ad paginam 414.	
P ragmatica - Sanctio. Proemium cum undecim paragraphis	pag. 1.
T ITULUS I. Cap. I. De auctoritate & potestate sacrorum generalium Conciliorum , rem- poribusque & modis eadem convocandi & cele- brandi cum quatuor §.	15
Cap. II. cum quinque §.	19
T ITULUS II. Cap. I. De Electionibus cum septemdecim §.	23
Cap. II. cum quinque §.	35
T ITULUS III. De Reservationibus.	39
IV. De Collationibus cum 31. §.	41
V. De Causis cum 12. §.	69
VI. De frivolis Appellationibus cum 2. §.	81
VII. De pacificis Possessoribus cum 3. §.	83
T ITULUS VIII. De numero & qualitate Cardinalium cum 5. §.	85
IX. De Annatis cum 7. §.	89
X. Quomodo Divinum Officium sit celebrandum cum 2. §.	93


TITULUS XI. Quo tempore quisque debeat esse in Choro cum 3. §.	103
XII. Qualiter horæ Canonice sunt dicendæ ex- tra Chorum	104
XIII. De his qui tempore divinorum Officiorum vagantur per Ecclesiam.	105
XIV. De Pignorantibus cultum divinum.	106
XV. De Tabula pendente in choro.	107
XVI. De his qui in Missa non complent Credo, vel cantant cantilenas, vel nimis bassè Mis- sam legunt, aut sine Ministro.	108
XVII. De tenentibus Capitula tempore Mis- se.	109
XVIII. De Spectaculis in Ecclesia non facien- dis cum 1. §.	110
XIX. De Co-cubinariis cum 9. §.	112
XX. De Excommunicatis non vitandis.	119
XXI. De interdictis indifferenter non ponendis cum 1. §.	121
XXII. De sublatione Clementia Litteraræ, que est in titulo de Probationibus.	123
TITULUS ultimus de conclusione Ecclesiæ Gal- licanæ cum 3. §.	124

Concordatorum Regni Franciæ Præmium.	131
TITULUS I. De Approbatione Cenventorum per Lateranenje Concilium facta	138
II. De Constitutionibus.	141
III. De Elecciónis erroagatione.	148
IV. De Regia ad Prelaturas Nominatione fa- cienda cum 2. §.	150
V. De Reservationibus tam generalibus quam specialibus sublitis cum 1. §.	158
VI De Collationibus cum II. §.	159



VII. De Mandatis Apostoliciis cum 3. §.	175
VIII. Fo ^r ma Mandati Apostolici.	176
IX. Fo ^r ma Litterarum Executorialium Mandat ^e Apostolici.	186
X. De Causis.	190
XI. De frivolis Appellationibus cum 3. §.	190
XII. De pacificis Possessoribus	194
XIII. De publicis Concubinariis cum 7. §.	196
XIV. De Excommunicatis non vitandis	202
XV. De Interdictis non leviter ponendis	204
XVI. De Sublatione Clementine Litteris	205
XVII. De firma & irrevocabili Concordatorum stabilitate cum 4. §.	207
XVIII. De conclusione Lateranensis Concilii cum 1. §.	214
XIX. De Regia acceptatione & publicatione Concordatorum cum. 1. §.	218
XX. De prorogatione dilationis ad approban- dum Concordata, tam à Prælatis Regni, quam ab aliis personis.	221
Prima prorogatio.	224
Altera prorogationis petitio.	227
Altera prorogationis concessio.	228
XXI. De Annatis cum 1. §.	233
XXII. De Registratione concordatorum.	239
XXIII. De Regia facultate primum mensem Graduatis debitum nominandi.	240
Sequitur tenor Litterarum Apostolicarum.	243
XXIV. De pœna temere venientium contra hujusmodi Concordata.	247







20-